
ANDREAE THVrini Piſcienſis, Medici Apoſtolici, ad Matthęum Curtiũ Ticineñ. De Vena in curatione Pleuritidos incidenda, ad ampliſſimũ D. Ioannẽ Saluiatũ, Cardinalẽ, & ab latere legatum Epiſtola eruditiſſima.



Vęnundatur cum gratia & priuilegio ad calcem explicandis, Iodoco Badio Aſcenſio.

1787
8

Andreas Thurinus Piſcienſis, ampliſſimo in Chriſto patri ac domino, D. Ioanni Saluiato . S.R.E. TT.SS. Coſmæ ac Damiani Diacono Cardinali, & in Frãciam ab latere Legato. S.D.

MAtthęus Curtius Papienſis nouus in arte medendi Lutherus cõtra omnẽ Medicorũ ſcholã conatus eſt ĩ Pleuritico morbo alienũ, diſſimilem, diuerſumq; curãdi modũ ex Hippocratis, & Galeni placitis, multis audiẽtibus, ac nõ tacituris, dicere, & perſuadere, quod an effecerit, noſtra ad ipſum epiſtola facile demõſtrat: Sed ei maximę ſunt habẽdæ gratię, ꝙ aliis cauſam dederit veritatis inueſtigandæ: & in his, quæ bene dixit, cõmendandus: Supplendũ vero in aliis, quę minus docte aliorũ iudicio ſcripſerit. Hanc aũt noſtram epiſtolam tibi pręcipuo (Clementem ſemper excipio) & ab incunabulis patrono dicare decreui: In quo a natura tibi datũ iudiciũ, & ſtudio acquiſita doctrina, ac virtute parta dignitas cõuenere. Tu itaq; hoc noſtrũ munuſculũ (qualecũq; eſt) hilari, iucũdo, lętoq; animo ſuſcipias, quod licet tibi magno viro paruum ſit, eius tñ meminiſſe decet, Chriſtũ plurimi feciſſe, ꝙ Petrus relicto rete ſecutus eſt eum, quia ſatis dedit, qui ſibi nihil retinuerit. Qđ autẽ ſupplex epiſtola petit, huiuſmodi eſt, cupio te videre, quo abſẽte a me ipſo abeſſe videor. Quapropter te oro, vt ad nos tandem redeas: aut, ſi impetrari hoc non poſſit, ſaltem te mihi literis p̃ſentem reddas. Et bene vale: Ex caſtro Piſcię poſtridię Nonarũ Maii.

M.D.XXVIII.

Andreas Thurinus Piſcieñ.phyſicus Matthęo Curtio Hippocraticę facultatis Primario ſe cõmẽdat,& S.D.

QVæſtionem de loco inciſionis venę in Pleuritico morbo,quã,te dictante,Auditores (vt ſcribis)ad amuſſim,diligentiſſimeq; exceperũt,ſæpe cũ maxima iucunditate plegi:erat eñ & ſapiẽtię,& claritatis abũdãs.Et,licet validiſſimis tũ authoritatibus , tũ rationibus ſit opinio tua vallata , qđ primũ eſt ſapiẽtis opus,nõ mẽtiri,nõ tñ eo caret opere ſapientis,quod eſt,mẽtientẽ poſſe manifeſtare:Firmiſſima eñ fundamenta ponis,quibus Medicorũ cohors,& practicãtiũ phalanx opinionẽ tuę oppoſitã erigit: Quæ tñ inualida,& corruẽtia demõſtras.Nõ potui tñ calamũ cõtinere,& cõtrariam opinionẽ iandiu erectã,& vſu cõfirmatã nõ defendere:non vt tibi phyſicorũ fulgẽtiſſimo, & eminẽtiſſimo,& amicorũ optimo cõtradicerẽ,do eñ tibi in hac facultate libẽtiſſime manꝰ,& hęrbã:Nõ etiã ad ſcribendum me impulit mundi gloria,& vt noſtri tẽporis medici a fonte meo nouã aquam hauriant: Iandiu enim non ſolum iuniores,& recentiores Medici,ſed vetuſtiſſimi ſapientes etiam hanc,quã ſcribemus, opinionem copioſiſſime agnouerunt:Sed ob hanc cauſam calamũ ſumpſi , vt hac mea oppoſitione veritas eluceſcat magis,& tu ad altiora ſcribẽda accẽdaris,vt tua p̃clara virtus iam omnibus manifeſta indies clarior euadat:

Et,ne(cum longã ſim diſputationẽ facturus)longiſſimo vtar procemio,iam in certamen deſcendo.

¶Nulli dubiũ eſſe debet mi Curti in operib9 medicinę Galeni inuentam eſſe illam iandiu vulgatam diuiſionẽ, videlicet in Apoſtemate per modum fluxus generãdo: de hoc enim Apoſtematũ genere ſemper noſter habendus eſt ſermo, duplicem eſſe humorẽ,alterum, qui fluens eſt,alterum quoque,qui fluxit:Galenus enim in cõpluribus locis id teſtamento reliquit: Secundo enim de arte curatiua libro dixit, Fluentium igitur humorum, retractio:Sic enim Hippocrates nominat: eorum autẽ, qui iam membrum obſederunt,deriuatio medela eſt: Et infra eodem libro dixit,Sic enim & aliud quodlibet patiens membrum incidimus,ſi non amplius humores influant: Tunc enim magis irritaueris, & malum duplaueris,Sed quando iam totum corpus expurgatum fuerit,neque iam aliud influit,aliquid vero,quod pridie influxerat, in membro continetur. Hæc Galenus. Idem etiam patet intuenti de Phlebotomia libellum, cum dixit,Nam in incipientibus quidem prohibere oportet, quod influit:in antiquatis vero euacuare,quod incuneatum eſt in patiente particula.Galeni itaqꝫ ſententia iam clara eſt,in Apoſtemate videlicet generando, dum perfectam abſolutionem non habet, duos eſſe humores, quos prudẽs medicus cõſiderare debet: Alterũ,qui iam fluxit,alterum, qui fluxurus eſt, & Apoſtema augmentaturus.

¶Ducatur etiam vlterius ſermo noſter,& dicamus Ga

lenum ſcriptis ſuis reliquiſſe, quòd duplici exiſtente hoc humore, & medicum duplicem habiturum ſolicitudinem, alteram quidem circa fluentē humorē, quam præuiſiuam nominat; alteram circa eum, qui fluxit, quā curatiuam appellat: hoc enim facile patet intuēti librum de ingenio ſanitatis. xiii. hoc modo docētem: Phlegmones vero, quæ adhuc in generatione eſt, duplex indicatio eſt, veluti in reliquis morbis omnibus, quicunque in gignē do adhuc ſunt, nec dum abſolutionem ſunt nacti: Nam quod eorū genitum iam eſt, id medicinę artis parti, quę morbos curat, ſubiicitur: quod in generatiōe adhuc eſt, parti, q̄ futurū morbū præcauet. Atque iccirco diximus non ſimplicem, ſed compoſitam eſſe totam de his ægritudinibus, quę in generatione adhuc ſunt, medentis ſolicitudinem, ex ea ſcilicet, quę prouidet, & ea, quę curat: Hæc Galenus.

❡ Dicantur etiam a nobis, quę Galeni menti ſunt cōformia, videlicet quòd duplici exiſtente hac tota medentis medici ſolicitudine, ea, quę p̄uiſiua eſt, quę fluentem humorem intuetur, prius vſui mandatur, q̄ ea, quæ curatiua dicitur, quæ humorē, qui fluxit, ſuſpicit. Subſcripſit enim huic ſententię Galenus eodem citato prius libro, cū dixit. Nūc ad ſermonem de Phlegmone reuerſi dicamus, cōmunē omniū Phlegmonarum curationis indicationē eſſe vacuationem: quę vero adhuc in generatione ſunt, prior vacuatione eſt cōfluentis ad affectū locū ſanguinis inhibitio: Inhibetur autem humor confluēs, dicebat Galenus, remouendo cauſam, quę aliqn̄ eſt in parte

lęſa,vt cum pars affecta eſt calidior facta,vel dolore vrgetur,Aliquando vero nõ ex ipſa parte oritur fluxionis cauſa,ſed in alia,aliiſve locis ab affecta parte,qñ ex alia aliqua particula,aut toto corpore ſuperfluũ illi trãſmittitur,Et parũ infra ſubdit,His igit omnibus ęſtimatis, q̃ in phlegmone adhuc in generatione ſunt,earũ cauſas prius abſcindes:q̃ vero iam factę ſunt,has vtiq; curabis ſolas.Eandẽq; protulit ſententiam ipſemet.iii.Artis parvę,cum ſcripſit.Ad hęc igitur ambo,ſcilicet vt recurrat humor,& vt pars affecta euacuari poſſit,totum corpus euacuare oportet,aut oĩno ad contraria loca retrahere,quod patienti particulę influit: quo perfecto opere, prius a parte repellendum,mox diſpergendũ: quãto eñ per minora fit,tanto expeditior eſt euacuatio.in quo loco Galenus manifeſte prius p̃cepit diuerſionẽ ad cõtrariũ,quo p̱fecto opere,cõceſſit euacuationẽ a parte lęſa.

❡Nec ſilentio pertranſibo,q; liber de Arte curatiua docuit , duplicem videlicet eſſe medelam duorum humorum,eius videlicet,qui influit,medela eſt retractio: eius vero,qui fluxit,deriuatio medela eſt.Hunc enim locum ſuperius citauimus:qui etiã locus nos admonet,deriuationẽ humoris,qui fluxit,fieri per euacuationẽ factã ſecũdũ rectitudinẽ patiẽtis particulę,quã Hippocra.Catheſim appellat:retractionẽ vero ad cõtrariũ fieri:quod nõ ſolũ locus ille demonſtrat, ſed Galeni volumina copioſe declarãt.xiii.eñ Therapeuticę dixit cõmune p̃ceptũ in oĩb9 talib9 eſſe ĩ cõtrariũ auerſiõis,& ĩfra dixit, ſiq̇dẽ lõgiſſime a tẽtata fluxione parte auellere,nequaq̃

ad eã trahere oportet:& ĩfra dixit,generãdis aũt adhuc vitiis minime his mẽbris,q̃ laborare incipiũt,ſed,q̃ cõti nuata his ſunt, Cucurbitula imponi debebit auellẽdi in contrariũ cauſa.Et infra dixit.Sic & omne aliud ſangui nis profluuiũ ad contrarium per cõmunes venas auerti mus:Et in.v.de Ingenio,& tractatu de antiſpaſi loquẽs de retractione,ſemper in contrarium facit,vt,ſi a dextra retrahere voluero in ſiniſtrã,hoc agam,& ecõtrario.Et, ſi a ſurſum in deorſum,& econtrario:& ſi ab ante retro, & econtrario:& ſi ab intus extra,& ecõtrario. Rationẽ etiã huic ſentẽtię ſuffragãtẽ adduxit, quia ſi ad locũ,& particulã patientẽ humorẽ fluẽtẽ traxeris,malũ duplaueris.Vſui etiã mandauit,qđ ipſe maxime liber de Arte curatiua ſecũdus demonſtrat,cũ dixit:in locis muliebribus in cõtrarium trahes,ſi eas,q̃ in cubito ſunt,ſecueris venas,aut mãmillisCucurbitulas appoſueris,vel manꝰ cõcalfeceris,& fricueris,atq; alligaueris.Quis em̃ eſt,q neſciat & cubitũ,& mãmillas , & manus in ſupioribus partibus ad loca muliebria cõtrarietatẽ habere,eã videlicet,q̃ ſecũdũ ſuperius,& inferius nũcupatᷣ:Nec etiã tacebo hoc duplex opus:retractionẽ ſcilicet,& deriuationẽ fieri per venas cõmunes,& cõiuges particulę patiẽti:Fruſtra em̃ retrahere conabimur humorẽ a lęſa parte, niſi id per venas cũ lęſo loco cõmunionẽ habentes, atq; ei cõiũctas fecerimus. Eodẽ modo, niſi per has,deriuare materiã a patiẽte particula nõ poterimus.Adſtipulatur etiam huic ſentẽtię Galenus loco prius citato,cũ dixit. Vtrũq; aũt euacuationis genus per cõmunes venas fit.

¶In medium autẽ afferre vtile duxi. Retractionẽ, eã dico, quæ per ſanguinis miſſionem fit, non ſolum priorẽ eſſe deriuatiua euacuatione, ſed multo tempore etiam præcedere, quando ſola ipſa intendatur: Hoc nos monuit Galenus libello de Phlebotomia, cũ dixit. Superablationis vero deinceps tempus, in quibus euacuare quidem ſemper voluerimus, etiam eodem die fiat: in quibus vero antiſpare etſi vtique duobus eis, qui deinceps, diebus fiat, melius eſt. Retractio igitur fluentis humoris, cum ſola quæritur, tempore pręcedit deriuatiuã euacuationem, & per diem vnum, vel plures.

¶Illud etiã memorię mãdãdũ eſt, q̃d Galenus ĩ lib. de Venę inciſione ſępius meminit, vtrũque ſcilicet euacuationis genus, & retractionis, & deriuationis fieri debere a Vena, quę eſt ſecundũ rectitudinẽ patiẽtis particulæ: ex hac enim melior, & expeditior habetur tũ retractio, tum deriuatio: & hoc eſt, quod Arabs dixit: retractionem fieri debere per vnam diametrum, nõ per duas: infamauit eñi Galen9, Si oculo dextro patiẽte ophthalmiam fiat Phlebotomia in Cephalica ſiniſtra, & econtrario: Et in Apoſtemate Hepatis laudarũt Hippocrates, & Galenus iudiciũ factum per narẽ dextrã, nõ per ſiniſtrã: & in Apoſtemate Splenis iudiciũ factum ex ſiniſtra, non ex dextra: commendant enim tũ naturæ, tum artis retractionem, ſi ea fiat ſecundum rectitudinem patientis particulæ, quæ tantum erit ſecundum vnam diametrum: Damnant autem, quæ non ſecundum rectitudinem, ſed per duas diametros fit, aſſerente Galeno

quod talis nihil iuuat, vel & nocet quandoque in diſſol
uendo virtutem, abſque quod paſſionem leuet: quẽ for-
te locum olfaciens Princeps, cumque conſideranti pla-
cuiſſet ſententia, quod videlicet inciſio venæ ſiue in re-
tractione, ſiue in deriuatione melior, & expeditior eſt ea,
quæ ſecundum rectitudinem particulæ patientis, con-
uertit ſe ad incidẽdam Saphenam in lateris Apoſtema
te ex eodem tamen latere cum eo: In ea enim videtur cõ
trarietas ſecundum ſuperius, & inferius, quod requirit
retractio, & eſt ſecũdum rectitudinem, quod appetit ex
peditior, & melior euacuatio. Licet itaque Galenus nũ
quã ſermonẽ fecerit de Saphena, eius tñ ſententiis nõ re
pugnat, Sed forte magis ex illis ſequi, & colligi videt̃.
¶ Nec ſilebo, quæ Galenus ex Hippocratis placitis in
quarto de ingenio. capite. vi. in vlceribus enarrauit. Di-
uerſis ſcilicet temporibus fluxionis humoris accommo
dari retractionem & deriuationẽ: Cũ enim docuit ſecun
dũ Hippocratis mandata retractionẽ fieri ad cõtrariũ,
deriuationem ad latus, ſubiunxit quo tẽpore auerſio fa
cienda, & quomodo: & dixit. Quare nũc quoq;, ſi etiãnũ
fluxio valẽter irruat, reuellere ad cõtraria ſtudebimus
vtique, ſi in ſuperioribus vlcus cõſiſtat, per infirma pur-
gantes: Sin autẽ in inferioribus ſit, ſuperiorẽ venam va-
cuantes. Deinde ſubiunxit quo tẽpore, & quomodo fa-
ciẽda eſt deriuatio, & dixit. At, ſi iã fluxio reſtitit, atque
in mẽbro inhęſit, deriuare per vicina magis expedit: Cũ
in propinquiore trãſlatio ſit, & purgant medicamento
promptior tum acceſſus, tum attractus e vicino detur.

Et paulo infra idē referēs dixit, At, ſi perpetuū eſt, quod ab Hippocrate didicimus incipientem fluxionem ad cō trarium trahendam eſſe, fixam vero iā in laborante particula vacuandā eſſe, vel ab ipſa particula, quę affligit, vel a maxime vicina, in promptu nobis & de ſanguinis detractione colligere nūc eſt, quod in principio hęc e lō ginquo, poſtea ab ipſis exulceratis partibus ſit emolienda: Hęc Galenus. Patet itaq; aliud faciendū eſſe in principio, quia diuerſio ad cōtrariū, & aliud poſt principiū, vt tempore ſtatus, quia deriuatio ad latus. Patrocinatur huic ſentētię textus Galeni in libro de Phlebotomia ſū- ma. ii. capite. vii. Cū dixit. In ſumma tamē dicendum eſt, quoniā incipiētes quidē phlegmonas antiſpaſtice conuenit euacuare: diuturnas vero ex ipſis, ſi poſſibile fuerit, patientibus membris: Si vero nō, ex proximis eis: & reddit cauſam huius dicens. Incipientibus quidem, prohibere oportet, quod influit, in antiquatis vero euacuare, qđ incuneatum eſt in patiente particula: & dans modum dicit, quod euacuabitur, hoc autem optime per copula- tas venas eis, quæ in ipſa: & dicit, quod ratio, & experientia atteſtatur huic: & exemplum ſumens ab experientia dicit, quod in Phlegmone: quæ ſecundū Pharyngem, in principio quidem Phlebotomia, quæ ſecundū cubitum: poſt eā vero, quę ab ipſa lingua, auxiliatur multū, inciſis ambabus, quę ſub ipſa, venis. In quo exēplo primo ponitur Phlebotomia diuerſiua ſecūdū cubitū, & poſt deriuatiua ſecūdū venas linguę, quæ in diuerſis tēporib9 fiūt.

¶ Hęc puto ſufficere in firmāda cōmuni Medicorū ſen

tentia iuxta Græcorum opinionem Hippocratis,& Galeni. Nunc vero quis ſit Arabum aſſenſus,& quæ communis Practicantium ſententia dicere omitto dicturus tamen de Arabum opinione, pertractata ea, quæ Græcorum: Quæ vero communis ſit opinio, quia omnibus nota, relinquetur: Solum in teſtimonium mei iudicii adducam Rabbi Moyſen,& in fauorem practicantium, quæ Celſus ſcripſit. Dico itaque Rabbi Moyſen in.xxv. particula ſuorum Aphoriſmorum, Galeni, & Hippocratis ſententiam ſub hac verborum ſerie promulgaſſe: Galenus probauit in pluribus locis, quod materię Apoſtematum calidorum in principio ſui fluxus, & tempore augmenti,& ſtatus ſui ſunt extrahendæ per oppoſitum, & diuerſum, & ſtatu completo, & humore non fluente in membrum, inueterato ibi,& in lapidem conuerſo, extrahendæ ſunt per idem membrum repletum, ſi fuerit poſſibile, vel per membra proxima magis ſibi. & de hac radice ſatis Galenus,& Hippocrates ſnnt locuti, & hoc ſanum eſt,& ſupra hanc radicem ars medicinæ totaliter eſt fundata,& ipſius vtilitas experimento monſtratur,& per hanc radicem valde vtilem præcepit Galenus Phlebotomare in fortibus ægritudinibus oculorum, Synanche, & ſimilibus venam Cephalicam in principio, & ipſis ęgritudinibus prolongatis, & Apoſtematibus in lapidem conuerſis, ſeu retentis cum membro, & confirmatis Galenus præcepit in ægritudinibus oculorum Phlebotomari venam ſuperioris anguli oculi, vel venam frontis, ſeu venas, quæ ſunt poſt aures: &

in apoſtematibus gutturis,& vuularũ, venas,q̃ ſunt ſub lingua,& hoc manifeſte ſanũ eſt. Hęc Rabbi Moyſes.

¶Vſum etiã cõmuniter practicãtiũ videtur cõfirmare Cornelius Celſus inter latinos apprime doctus, qui libro ſuo.ii.capite.ix.dixit. Nec ignoro quoſdam dicere, q̃ longiſſime ſanguinem inde,vbi lędit,eſſe mittẽdum, Sic enĩ auerti materiæ curſum, at illo modo in id ipſũ, quod grauat,euocari. Sed id ipſum falſum eſt, proximum enim locum primo exhaurit,ex vlterioribus autẽ eatenus ſanguis ſequitur,quatenus emittitur,vbi is ſuppreſſus eſt,quia nõ trahitur,nec venit quidem: Videtur tamẽ vſus ipſe docuiſſe:ſi caput fractum eſt,ex brachio potius ſanguinem mittendũ eſſe,ſi quod in humero vitium eſt,ex altero brachio,credo quia ſi quid parũ ceſſerit,opportuniores hę partes iniuriæ ſunt,q̃ quæ iã male habent. Hæc Celſus.

¶Non etiam ſilentio prætermittã glorioſiſſimũ Auerezoar,qui huic fauet opinioni,cui debetur corona ĩ medicina,vixit enim.cxxxv.annos,&.xl.ſuę ætatis anno mederi cœpit,& mortuus eſt cum bono intellectu, vt dixit Auerroes. Is enĩ lib.primo ſui Theiziz tractatu.xvi.ca. iii.in cap.de pleuritide dixit.Et cura huius eſt phlebotomare infirmũ exBaſilica brachii oppoſiti,q̃uis quibuſdã nouis medicis noſtri tẽporis videat̃, ꝙ ſit minuẽdus ex ea parte ægritudinis,inducẽdo ſuper hoc verba logicalia,& ſophiſtica,quod mihi nullatenus videtur rationabile,neque verum,immo credo certiſſime,ꝙ facere illud omnino eſt mors infirmi.

¶Nūc autē mi Curti ad ea me conuerto/q̄ ſcripta ſunt, & te legente ad vnguē, vt ſcribis, excepta: in quibus hāc aſſeris cōcluſionem: In omni pleuritide in principio, corpore exiſtente pleno, fieri debet phlebotomia ex Baſilica lateris dolentis: hanc concluſionē conaris munire clariſſimis Hippocratis authoritatibus in hūc modū: Hippocrates. ii. Re. acutorū textu. x. dixit. Cū dolor aſcendit ad furculas, aut grauitas fit circa brachiū, vel mãmillã, aut pectus, quæ ſunt ſupra ſeptum tranſuerſum, phlebotomanda eſt Baſilica, & in. iiii. re. acutorum, textu. lxviii. dixit, incidere oportet venam, quæ intus ad qualeſcunq; partium fuerit, ſecundum hanc, ſiue ſecūdum Copi traductionem, ab eo latere, quod dolore fuerit affectum.

¶His vir eximie facile reſpōdemus aſſerentes Hippocratē docere venã, quę incidēda eſt i actu curatiuo, & nō quę incidēda eſt in actu prę ſeruatiuo: harū prima reſpicit materiã, quę fluxit ſiue in totū, ſiue in partē: & hęc debet nō in principio fieri/ ſed in ſtatu, & per rectitudinē patientis particulę: & hęc eſt euacuatio, quã deriuatiuã vocãt Hippocrates, & Gal. quę humorē, qui fluxit, intuetur. Venę autē inciſionē, quę ad artē pertinet, quę præſeruatiua dicitur, que fit in principio, & ad partē cōtrariã particulę patiēti, & reſpectu humoris, qui actu fluit, quã Hippocrates retractionē vocat, ipſe, vt breuiloquus, omiſit, quia nō intēdebat dare præcepta, niſi ea, quæ ad artē pertinēt curatiuã, cuiuſmodi nō eſt diuerſiua, ſed deriuatiua phlebotomia. hãc noſtrã ſentētiã docet Hippocrates: & ratio, & opinio tua huic adminiculatr. Hippo-

crates, cũ præcepit textu.xi.quod, dolore deſcendẽte ad Hypochondria, detur pharmacia, nõ eam intellexit dãdã in principio, ſed in ſtatu, vt clare paulopoſt dicemus. & ſic poſuit remediũ illi generi pleuritidis, quod ad artẽ pertinet curatiuã, & Phebotomia, quę fit in principio in omni inflãmatiõe, vt clare etiã inferius dicemus, pręſupponitur, Et illa eſt Phlebotomia diuerſiua, vt modus curãdi pleuritin apud placita Hippocratis euadat in hãc formã. In pricipio inflãmatiõis cuiuſlibet fiat Phlebotomia, & ad cõtrariũ: Phlebotomię aũt ĩ qualibet inflãmatione faciendę meminit.iiii.re.acutorũ, textu.xix.vt dicetur infra. &, quod fiat hęc ad cõtrariũ, meminit.iiii. Therapeuticę.capite.vi.poſt vero, cũ ad ſtatũ ꝑuenerit inflãmatio, diſtinguit Hippo. Si deſcẽdat ad Hypochõdria, detᷣ pharmacũ, ſi vero aſcẽdat, fiat Phlebotomia ex eodẽ latere, vt pharmacia, & Phlebotomia euacuẽt tẽpore ſtatus ꝑ eã partẽ, ad quã inclinauit humor, vt fiat facilior, & magis expedita euacuatio. Ergo ſatis patet Hippo. hic loq de pharmacia, & Phlebotomia, q̃ tꝑe ſtatus cõueniũt, quæ euacuatio nõ diuerſiua, ſed deriuatiua dicitur.

¶ Itẽ Phlebotomia, quã ꝑcepit Hippo. eſt ſimpliciter ad lat9, cũ nulla cõtrarietas cadat ĩter particulã patiẽtẽ, & venã, ꝑ quã fit euacuatio, ergo eſt deriuatiua, & deductiua ſola, patet per Hippo. vt eũ citat Galen9.iiii.de ingenio capite.vi.dicẽs, ꝙ Hippo. iuſſit nos auertere ad contrariũ, deriuare vero ad lat9: Sed deriuatio ẽ medela humoris, q fluxit, vt ĩ lib. de arte curatiua citauim9, & ẽ medela, qñ fluxio reſtitit, vt.iiii. de ĩgenio cap.vi.etiã monuimus: Sed deriuatio, & deductio humoris, q fluxit, & qñ

fluxio reſtitit,nõ fit in principio,ſed in ſtatu.Ergo Phlebotomia,quã hic ꝑcepit Hipp.nõ eſt ea,q̃ fit in pricipio, ſed ea,quæ fit in ſtatu,& quę ad artẽ pertinet curatiuã.
¶ Itẽ,ſi Hippo.ꝑcepit Phlebotomiã in pleuritide,qñ dolor aſcẽdit ad furculas,vt euacuet ꝑ partẽ,ad quã inclinat humor.ergo ꝑ illã Phlebotomiã humor nõ diuertit̃ a loco læſo,ad quẽ mouet̃,ſed deducit̃ ꝑ eundẽ locũ,ad quẽ inclinat, Ergo illa Phlebotomia non eſt diuerſiua, ſed deriuatiua,Ergo nõ fit in principio,ſed in ſtatu.
¶ Etiã ratio hoc idẽ vult.Nã aut Hippo. loquit̃ de retractiua euacuatiõe,aut de deriuatiua:Si de deriuatiua, habeo intẽtũ:Si de deriuatiua nõ ĩtelligit Hippo.ſed de retractiua,aut,ſi tibi magis placuerit,de retractiua,& deriuatiua ſimul,hoc(inquã)dici nõ põt,cũ vbiq; retractiua ad cõtrariũ fieri includat:Sed,cũ Apoſtema fuerit in dextro latere,& vena dextri lateris incidit̃,inter particulã patiẽtẽ,& locũ,per quẽ fit euacuatio,nulla reperit̃ cõtrarietas.Cõcludẽdũ itaq; eſt,ꝙ de deriuatiua ſermo ab Hipp.habet̃,q̃ nõ a pricipio,ſed i ſtatu,vt dictũ ẽ adminiſtrat̃. ¶ Suffragat̃ etiã huic noſtrę opiniõi id,qđ ĩfra a te dicit̃,nã,cũ Raſis Phlebotomiã ꝑcepit ex eodẽ latere,& maxime in cholerica, & nullã fecerat mẽtionẽ Saphenę,dicis Raſim locutũ fuiſſe de miſſiõe ſanguinis ſolũ deriuatiua,atq; euacuatiua humoris,q iã fluxit, & nõ de diuerſiua,ſiue retractiua:Cur mihi nõ licet in expoſitiõe lr̃ę Hippocratis,cũ dixit,fiat Phlebotomia ex Baſilica ex eodẽ latere,qđ dolore affectũ eſt, dicere ꝙ ſolũ de deriuatiua ĩtellexit,& nõ de diuerſiua,ſicut & Raſim in ſimili ſcriptura intellexiſſe refers: Si aũt tu idẽ ĩ vtroq;

intellexiſſes, nec & veram Hippocratis ſentẽtiã addu-xiſſes,nec Arabes a Gręcis ſapientiſſ.& eorũ magiſtris differre dixiſſes.Sed nos Arabum opiniones, ꝙ Gręcis cõſentiãt,ꝙq́ ab eis nõ diſcrepẽt,facile,cum tẽpus erit, manifeſtabimus.Patet itaq́ tum Hippocratis authoritate,tum ratione,tum dictis tuis verum eſſe,quod diximus,hãc ſcilicet ſanguinis miſſionẽ, quã Hippocrates ꝑcepit,eã eſſe,q̃ deriuatiua dicit̃,nõ eã,q̃ retractiua,ſiue diuerſiua nũcupat̃,& hanc eſſe primã, & ſolã Phlebotomiam,quã Hippo.in arte curatiua ſcriptis ſuis reliquit.

¶Quod vero vlterius obiicis,facile diſſoluit̃:inquis.n. tu,Hippocrates.ii.re.acutorũ textu.xi.dixit.Si dolor declĩat ad loca ſub Diaphragmate,faciẽda ẽ euacuatio cũ pharmaco,& nõ cũ phlebotomia: Sit igit̃,dicis tu,pleuritis dextri lateris,in qua dolor declinet ad loca, q̃ ſunt ſub Diaphragmate,euacuatio facta cũ pharmaco trahit materiã per Hepar : ergo euacuat per eandẽ partẽ,non per partem oppoſitã:ergo eodẽ modo debet fieri phlebotomia,quæ per idem latus euacuet.

¶Dic quęſo mi Curti,ſi dolor,& Apoſtema eſſent ĩ parte ſiniſtra,deſcẽderentq́,& declinarent ad loca ſub Diaphragmate,dares ne pharmacũ ſecũdũ Hippoc. ſententiã?Certũ eſt,ꝙ dares:Sed ꝑ te,& veritatẽ materia cum pharmaco educẽda traheret̃ per Hepar:ergo tu adminiſtrares pharmaciã trahẽtẽ ad oppoſitũ:ergo,ſi ſanguinis miſſio facienda eſſet,fieret ad oppoſitum.Si mihi reſpondebis,ego & tibi reſponſum afferam.

¶Sed ne videar difficultatẽ effugere,quã forte tu repu

tas Achillem,dico,ꝙ intẽtio Hippocratis, cũ exhibuit pharmacũ,aut fuit ad euacuãdũ materiã actu faciẽtem Apoſtema,& q̃ iã fluxit,& hoc minime potuit in pricipio fieri,cũ vetuerit.iiii.re:acutoꝝ textu.xix. dicẽs. Qui ſtatim iter initia morbi iflãmatiões medicamẽto ſolue re conãtur,hi a diſtẽta,inflãmataq; ꝑte nihil auferũt,affect9 vero,vtpote crudus,nõ remittit̃,ac partesſanę colliq̃ſcũt: Quocirca morbus ibecillũ corpus vincẽs curationi nõ obedit:hęc Hippocrates , Cui ſẽtẽtię ſubſcripſit Princeps.iiii.primi capite.iii.in hũc modũ . Cũ aũt humor fuerit in mẽbro cõprehẽſus, nullo mõ moueat̃, donec maturet̃,& eſſentiã habeat tẽperatã,quã tu ſciuiſti in loco ſuo:hęc Prĩceps.Ex his patere poteſt hoc tale pharmacũ p̃ceptũ ab Hippocrate rõne hũoris actu faciẽtis Apoſtema,nõ potuiſſe dari in pricipio,ſed in ſtatu,& materia digeſta:Et,cũ tu arguis,ergo eodẽ mõ debet fieri phlebotomia, q̃ per idẽ lat9 euacuet,cõcedo in ſtatu,& nõ in principio, q̶a in tali tp̄e ſtatus debet fieri phlebotomia ad euacuãdã materiã,quę fluxit, q̃ ꝑ deriuatiuã phlebotomiã euacuat̃,q̃ fit ſcd̃m rectitudinẽ patiẽtis lateris,ſi vero hoc pharmacũ Hippocrates dedit ad euacuãdũ materiã ãncedẽtẽ,vt q̃ a ſtomacho, & Hepate vadit,& attrahit̃ ad loca ſub coſtis mẽdoſis, tunc poterit dari hoc pharmacũ in principio,q̶a ad diuertẽdũ.Sed talis euacuatio eſt diuerſiua,cũ ad cõtrariã ꝑtẽ trãſmittat̃ materia, q̶a,vbi fluxura erat ab Hepate ad loca ſub coſtis, ꝑ pharmacũ adminiſtratũ retrahet̃ ab Hepate verſus inteſtina ꝑ Meſeraicas, & ſic fiet eius di-

uerſio ad cōtraria: Ergo, ſi in principio pręciperetur, ve nę inciſio ꝑ materia antecedēte, & fluēte, illa deberet fi eri ad cōtrariū, & nō ex eodē latere: Licet igit̃ ſit primū remediū, qđ Hippocrates adducit, id intelligēdū eſt in actu curatiuo reſpectu materię, quę fluxit, & nō in actu ꝑſeruatiuo, qđ, tanq̃ breuiloquus, reliqt. Qđ ſi Apoſte ma eſſet in ſiniſtro, vt in caſu, quē nos cōſtituimus, dici mus, in principio nō cōuenire pharmacū illud: qa ſolu tiuū nō recte adminiſtratur i principio reſpectu humo ris, q fluxit: Sed, ſi in ſtatu vtamur hoc ingenio curādi, licet trahat ad partē oppoſitā ipſam materiā ꝑ Hepar, nō tamē illo tēpore vtimur hoc ſolutiuo pharmaco, vt retractiuo, ſed vt euacuatiuo ꝑ illas partes a natura in uentas, vt per ipſas fieri poſſit euacuatio talis.

¶ Quod vero de fomēto adducitur, facile diluit̃: Tale em̄ auxiliū fuiſſe adminiſtratum tētādi gratia ipſemet Hippocrates refert, cū dicit, lateris dolorē, ſiue is ꝓtin9 a principio, ſiue poſtea obortus eſt, nō ab re fuerit tēta re tepidis fomētis diſſoluere, Talia aūt remedia, quib9 tētamus, quocūq; morbi tēpore afferri poſſunt, vt ipſe met Hippocrates i textu ꝓtulit. Sed id mihi ꝑfecto mi rū videt̃, cū aſſeris Medicū nō bene poſſe ſcire, quando materia nō amplius fluit, & ſic nō poſſe vnq̃ ſcire quid agere deberet: Sed dic (quęſo) cur nō poteſt ſcire tēpo ra ipſius Apoſtematis per indicia, & ſigna? Et, ſi ſciuerit, cur nō ſciat quid in diuerſis tēporibus diuerſimode ſit operandū? profecto ſapiens Medicus ſcit, quādo mate ria partim fluxit, vt in principio, & augmento, & quan

do tota fluxit, vt in ſtatu, & ſic ſcit quid agendum.

¶ Cũ vero Hippocratẽ ſic diſtinguẽtẽ adducis, aut dolor aſcẽdit ad Furculas, aut deſcẽdit ſub Diaphragma: &, ſi deſcẽdit, vult nullam eſſe faciẽdã phlebotomiã: ergo nõ p̃ſupponit ſemꝑ factã eſſe phlebotomiã: Si enim vellet (inqs) phlebotomiã faciẽdã eſſe diuerſiuã, dolore deſcẽdẽte, cõceſſiſſet phlebotomiã eiuſdẽ lateris, quã tñ negauit: Sicut eñ (inqs tu) in Apoſtemate Hepatis phlebotomia eiuſdẽ lateris eſt diuerſiua, ita in Pleuritide, quãdo dolor deſcẽdit ad loca ſub Diaphragmate.

¶ Miror vir eximie, quõ ex eo, qđ Hippocrates in tali caſu phlebotomiã tacuerit, eã negaſſe affirmes, Qui eñ tacet, nihil dicit affirmãdo, aut negãdo. Sed, an ſit negãda, docuit Hippocra.iiii.re: acutoꝝ textu.xviii. Inflãmata p̃cordia, Septũ trãſuerſũ nõ ab incluſis flatib9 ĩtẽtũ, arida ſuſpiria, q̃bus pus nõ ſubierit: ſed, vbi flatuũ clauſura hmõi affectus fiũt, potiſſimũ vero Iecoris dolores, Lienis grauitas, ac reliquę ĩflãmatiões: itẽ Septi trãſuerſi dolores, & morboꝝ cõuerſiones ſolui nõ poſſunt, ſi ꝓtin9 ab initio medicamẽtis curationẽ aggredieris: Nã p̃cipuũ ĩ his ꝓpoſitũ eſt ĩ primis ſãguinẽ detrahere, deĩde Clyſterẽ exhibere, idq;, ſi magn9, vehemẽſq; fuerit morbus: Si vero nõ ita fuerit vehemẽs, medicamẽto curet̃, qđ tute, moderateq;, miſſo prius ſãguine, adhibẽdũ eſt.

¶ Sed nõne Gal. in cõmẽto, qđ citaſti, dixit: oportet ergo, vt caueas cautela vehemẽti ad hoc, vt des medicinã ſolutiuã, & vtare euacuatione ꝓprie ꝑ phlebotomiã, q̃uis dolor ꝑuenerit ad loca, quę ſunt ſub Hypochon-

driis: Iuuamentū enim q̄uis ex ea ſit minus, q̄ ſit ex ſolu tione, verūtn̄ fidutia in ea eſt vehemētior: Immo in eua cuatione p̄ phlebotomiā nō cadit aliquid timoris, in ſo lutione aūt accidit timor multoties, & ꝓprie, cū nō fue rit cognitor naturę infirmi, quomō ergo Gale. nūq̄ cō- tradicēs Hippocrati cōceſſit phlebotomiā, ſi Hippo- crates voluit nullā eſſe faciēdā, cū etiā Hippocrates in omni tali Apoſtemate, & omnibus inflāmationibus cō ceſſit phlebotomiā, & nō pharmaciā in principio mor- bi adducēs cauſam, quā ſupra diximus, cū ſtatim ſubiū xit, Qui enim inter initia morbi &c. Quod autē dictū eſt, ꝙ ſicut in Apoſtemate Hepatis fit diuerſiua euacu- atio, & phlebotomia ex eodē latere, ſimiliter fieri debe- ret in pleuritide, diceť infra, vbi hoc ꝓ ratiōe adducis.

¶ Cum autē Hippocratis opinionē pertractauerimus, & ſenſum verboꝝ eius dilucidauerimus, modo deue- niēdū eſt ad eas, quas adducis, Galeni authoritates. Cū autē eius, q̄d citatur in. xiii. Therapeuticę, inferius ſim copioſe mētionē facturus, ad id tātū me cōuertā, quod libello de phlebotomia ſcriptis Galen9 reliquit, pręſer tim cū dixit: At q̄dē deinde & in Pleuriticis, q̄ ſcđm re ctitudinē patiētis lateris, phlebotomia iuuamē euidētiſ ſimū oſtēdit multoties: Quę vero ex oppoſita manu, vł parū, vel oīno poſt tp̄s. Et ĩfra dixit, doloreſq; multoties oculoꝝ fortiſſimos ĩfra horā vnā ſedauit, q̄ ſcđ; rectitu dinē, phlebotomia, humorali vocata vena ĩciſa: hęc Gal. Iſta eſt vna de potiſſimis authoritatib9, & locis, q̄ mul tos illaqueāt nō cōſiderātes Gal. ĩ eo loco nō ex ꝓpoſito

determinaſſe,ex quo loco phlebotomandũ ſit in coſtali morbo.Sed tamẽ id,quod ſcripſit,ſi recte fuerit intelle ctũ,verũ eſt.Declarat eñ Gal. ex Hippocratis authori tate,ꝙ phlebotomia facta ſecundũ rectitudinẽ patiẽtis lateris maximũ affert iuuamẽtũ: Vñ ſiue ĩ euacuatiõe, quę ſola deriuatiua eſt,ſiue in ea, quæ & deriuatiua, & retractiua eſt,ſemꝑ,vbi poſſit fieri ex vena ſecũdũ recti tudinẽ patientis partis,ſit melior,& expeditior euacua tio.Phlebotomia autẽ,cuius mentionem fecit in hoc lo co in pleuritide,eſt deriuatiua, quæ nõ fit in principio, & eſt ea,quę pertinet ad curatiuũ actum,& in hac non eſt quæſtio, quia nullo modo in principio fieri poteſt: Cum igitur dixit,ſe inueniſſe iuuamentum maximũ in pleuritide facere phlebotomiam ex vena,quæ eſt ſecun dum rectitudinem patientis lateris,in actu curatiuo in tellexit, nec tamen renuit,ꝙ in oppoſita parte nõ fieret iuuamẽtũ,licet aſſeruerit,ꝙ in ea parte facta phleboto mia parũ iuuat,aut poſt tẽpus,quia in actu curãdi parũ iuuat illius venę inciſio:quia humorẽ,qui fluxit,nõ eua cuat ad extra,licet ipſum abeuacuet.Nec id,qđ dixit eo loco,Gal.dixit ſe feciſſe in principio, vt ponit cõcluſio tua. Eodẽmodo ſoluit̃ id,qđ dictũ eſt in ægritudinibus oculoꝝ:nã ſtãte ſuppuratione in dextro oculo,ſi vena in cidat̃ humeralis,quę in dextro brachio eſt, iuuamentũ facit maximũ/qa hęc eſt ſecũdũ rectitudinẽ patiẽtis par ticulæ: Si vero in hmõi ſuppuratione fiat venæ inciſio, quę in ſiniſtro eſt,hęc(inquã)nec iuuat qcq̃,vel poſt tẽ pus,immo nocet,Quia talis retractio eſt ſecundũ duas

diametros, in eã videlicet, quę eſt ſecũdũ ſuperius, & inferius: & in eã, quę eſt ſecũdũ dextrũ, & ſiniſtrum, & hoc modo procedere eſt error, & hoc eſt, quod Galenus damnat timens virtutis diſſolutionem.

¶ Quod vero ꝑ aliquorum reſponſione adducis, vt, qđ dicitur ſecundũ rectitudinem, nõ deſignet ab eodẽ latere, immo ꝙ phlebotomia facta in dextro, ſi Apoſtema ſit in ſiniſtro, dicatur facta ſecũdũ rectitudinẽ, quia a latere ad latus eſt via recta, profecto Curti doctiſſimos, ac ſapiẽtiſſimos redarguis: & Galenus ſentẽtiã, quã adducis, vſui mãdauit: præſertim in.ii. de arte curatiua dixit, Deriuabis aũt, ſi eas, quę in genibus, aut talo, venas diuiſeris, & cucurbitulas coxis applicueris, & crura calfeceris, ac perfricueris, atq; alligaueris: & ſubdit. Et, ſi qdẽ in parte dextra locoꝝ paſſio fuerit, dextra manu, aut crure detraxeris ſãguinẽ: Si vero in ſiniſtra, a manib9, q̃ illi ĩ directo ſũt: qđ ab Hippocrate Catheſim dicit̃, hoc ipſũ eſt ſcđm rectitudinẽ, Hęc Gal. Quę itaq; mihi vident̃ Gręcoꝝ opinionibus cõſona hęc ſũt.

¶ Deſtructo aũt fũdamẽto, qđ authoritatibus Hippocratis, & Galeni innitebat̃, reliquũ eſt, vt argumẽtationibus reſpõdeam9, & reſpõſiones tuas ad ea, q̃ tibi obiicis, infirmem9: Argumẽtaris argumẽto tãtę efficacię, vt multos errare id fecerit. Dicis eñ, Idẽ eſt iudiciũ de Apoſtemate Hepatis, & pleuritide dextri lateris, ĩ qua dolor deſcẽdit ad Hypochondria, & in his duab9 ęgritudinibus eodem modo facienda Phlebotomia: Sed in Apoſtemate Hepatis facienda eſt ex Baſilica dextri la-

teris,ergo &c:Qꝫ ſi non ſit eodem modo faciendum in vtroqꝫ caſu,aſſignetur ratio diuerſitatis.

¶Huic rationi primo reſpõdemus repetẽtes, quę tu in authoritate Hippocratis ſupra adduxiſti,videlicet Hippocratẽ negare phlebotomiã eſſe faciẽdã in tali pleuritide,quãdo deſcẽdit dolor ad Hypochondria : Si itaqꝫ nulla cõpetit phlebotomia,vt placuit Hippocrati ſecũdũ tuã ſentẽtiã,quomõ ergo eſt ſimile iudiciũ in vno caſu,ſicut in altero,in phlebotomia facienda? Qđ ſi de eo gñe Coſtalis morbi fiat ſermo , ꝗ ad Furculas aſcẽdit, credo te facile daturũ cauſã diuerſitatis,ꝗa,intẽtione diuertẽdi,phlebotomia ĩ Hepatis Apoſtemate fiat ex eodẽ dextro latere,non aũt in pleuritico morbo:Iſta itaqꝫ tua argumẽtatio tuis ſolis fũdamẽtis ruit:Sed nos,ꝗ in vtroqꝫ pleuritico morbo aſcẽdẽte,deſcẽdẽteqꝫ venę inciſionẽ cõuenire diximus,ratio hęc maxime angit,& torquet.Sapientũ tamẽ prius narrata opinione, dicemus, quæ Galeni decretis nobis videntur conformia.

¶Dicũt Sapiẽtes cauſam diuerſitatis eſſe,ꝗa Hepatis Apoſtema eſt magis ſanguinis attractiuum, q̃ Pleuræ, aut quia non ſit tanta diſtantia in phlebotomando ex oppoſito in coſtali morbo,quãta eſſet in Hepatis Apoſtemate,ſi ex oppoſito fieret venę inciſio.

¶His te opponis dicens, ꝙ in pleuritide ſit maior dolor,& locus etiam pectoris ſatis calidus plus attrahit: Stat etiã(inqs tu)ꝙ Apoſtema Pleurę magnũ ſit,Hepatis aũt paruũ, & ita vehementius trahetur materia in pleuritide, q̃ ad Hepar : Secunda ratio diuerſitatis

a te deſtruitur hoc pacto: In eadē diſtantia videtur eſſe Hepar, & coſtę mēdoſę, cū ſint immediatę, & ſe inuicē contingant: Et ſic ratio diuerſitatis a Sapientibus aſſignata, quę duplex erat, nullo ſtabili fundamento erigitur. Hęc aūt ratio adeo turbauit Auerroem, vt coactus fuerit. vii. colliget dicere Galenū ſibi contradixiſſe: In ſermonibus em̄ vniuerſalibus, ſcilicet. iii. artis paruę videtur voluiſſe phlebotomiam debere fieri ex latere oppoſito: Sed. xiii. Therapeuticę ex eodem.

¶ Nicolaus Florētinus hanc cōtradictionē ſedauit: Ex cuius ſolutione maniſeſte apparebit contrariū eius, qđ ipſe, & Cōciliator dixerāt in reddenda cauſa diuerſitatis. Dixit em̄ ſermone. iiii. tractatu. ii. capite. xxii. ſub. ℞. de Apoſtematibus membroꝶ interiorū in generali, & pręcipue de Apoſtematibus membrorum anhelitus: & tu ſcis, ꝙ in Apoſtematis euacuatione duę res attendūtur: Vna eſt euacuatio membroꝶ cū ipſo cōmunicātiū, & alia eſt, vt fiat declinatio humorum ad partem contrariam, ſicut facit natura, quando criticat Apoſtema Hepatis per fluxū ſanguinis ex nare dextra eo, ꝙ iſta euacuatio continet oppoſitionē, & cōmunicationē: Sed in phlebotomia Baſilicę in Apoſtematibus Hepatis nō eſt niſi vna intentio propterea, ꝙ eſt in dimenſione corporis, quę ſecūdū latitudinem exiſtit: Hepar ergo cum ſit in vna extremitate dimēſionis latitudinis, neceſſe eſt vt phlebotomia fiat per aliā partē, ſcilicet per Baſilicā ſiniſtri lateris, quia in ea cōtinetur cōmunicatio, & oppoſitio: & quādo nos intēdimus facere euacuationem

cõtinentẽ cõmunicationẽ,& oppoſitionẽ, tũc iuuantius eſt plerũq; trahere materiam,q̃ quãdo vnã intendimus. Solũ ergo,cũ fuerit neceſſe totũ corpus euacuare,propter huius neceſſitatẽ neceſſe eſt ambas habere intẽtiones:Sed,ſi nobis ſufficit vnũ ſolũ mẽbrũ euacuare, tũc vna ſola ſufficit intẽtio: ideo in maiori parte, quãdo in talibus locis fuerit Apoſtema, & vnã ſolã intẽtionẽ habuerimus,faciemus attractionẽ remouentem ſine euacuatione,& tũc fieri poterit,quãdo mẽbrũ euacuatione indiget,& non totũ corpus : & poteſt aliquãdo eſſe, vt prima intentio ſit ſufficiens in aliquo loco, & tunc ſit ſolũ in tẽpore ſtatus Apoſtematis,ſicut minutio ex venis ĩ Synanche facta: Nã,ſi poſſumus mẽbrũ propriũ phlebotomare,vel euacuare ,cõueniẽs eſſet eo,ꝙ nõ ſit timẽdus materię curſus:Hęc Nicolaus.Sed ĩ capite de Apoſtemate Hepatis adducit Platteariũ dicẽtẽ, ꝙ phlebotomia in principio huius Apoſtematis fiat de latere ſiniſtro:Et ſubdit Nicolaus, In hoc autẽ cõſiderãdũ eſt in canonibus vniuerſalibus datis de phlebotomia: Nã ſtãte plenitudine ſanguinis multa , vt frequẽter ab authoribus accipitur, phlebotomãdũ eſt de vena longinqua,vt de Baſilica ſiniſtra,vel de nigra,vel de omnibus Saphenis , & deinde perueniẽdũ eſt ad phlebotomiam de Baſilica dextra: Hæc Nicolaus.

¶Ex his aũt,quę hic vir ſapiẽtiſſimus ſcripſit,facile colligi poteſt cõmunis oĩm practicantiũ opinio,& ꝙ ea ſit Galeni,& Hippocratis ꝑceptis cõſona,nec etiã Galenũ ſibi cõtradicere,vt illi ꝑperã Auerroes imponit.Manife

ſte em̃ dicit,ꝙ,corpore exiſtẽte pleno, phlebotomanda eſt vena ex oppoſito latere dextro,vel ſiniſtro : corpore aũt nõ exiſtẽte pleno,nõ cõuenit phlebotomia ex latere oppoſito,ſed ſolũ ex mẽbro patiẽte: & ſubdit,ꝙ mẽbrũ patiẽs incidi debet,& phlebotomari tp̃e ſtatus, in quo nõ eſt timẽdũ de curſu materię: In pricipio vero poſſũt in oppoſita ꝑte fieri diuerſiones cũ ligaturis,vẽtoſis,& hmõi. Sed video te iã in cãpũ deſcẽdere aſſerẽtẽ,ꝙ, cũ pleuritici morbi cõmuniter eueniẽtes nõ ſint cũ plenitudine ſanguinis,nõ erit faciẽda phlebotomia ex latere oppoſito ĩ pluribus harũ ægritudinũ, qđ tñ cõis ſchola practicãtiũ vſui mãdat: Raſis em̃,cũ ſcripſit phlebotomandũ eſſe ex latere eodẽ, ſermonem feciſſe videtur in his morbis,qui vt plurimũ,& communiter eueniunt.

¶Reſpõdebo hoc(inquã) nõ admitti,ꝙ plurimę Pleuritidis ægritudines veniãt,& cõtigãt,corpore nõ exiſtẽte pleno,& ꝓpter hoc ĩ Pleuritide fieri debeat phlebotomia ex eodẽ latere.Sed hoc ingenue fateor,ꝙ,ſiue ægritudines pleuriticę ſint,quę vt plurimũ eueniũt aut ſine plenitudine,vt inquis,aut cũ plenitudine,ſemꝑverũ eſt, ꝙ tuis ſcriptis mãdaſti, phlebotomiã fieri debere ex eodẽ latere deriuatiuã,& euacuatiuã: Hoc enim ad verificãdũ dicta Raſis, & conformẽ faciẽdũ Raſim cũ Principe,ei9 verbis addidiſti.Sed dic (quęſo) mi Curti ,Si id verũ eſt,qđ aſſeris, videlicet ꝙ plurimę ægritudines coſtales eueniãt ſine corporis plenitudine adeo, ꝙ nulla cõpetit ꝑ mẽbrũ oppoſitũ diuerſio ꝑ phlebotomiã, ſed tantũ mẽbri lęſi euacuatio,cur hanc venę inciſionẽ

non facis tēpore ſtatus,& quādo fluxio reſtitit:Si enim nullus eſt timor de curſu materię,cū corpus nō ſit plenū,& ꝑ ligaturas, & ventoſas poſſimus occurrere, cur pręcipis phlebotomiā hāc, quā deriuatiuā vocas, ſiue curatiuā,fieri debere ī pricipio,cū nec Hippocrates,nec Galenus,nec ratio dictet illā poſſe fieri niſi tp̄e ſtatus?

¶Ex his itaq; Nicolai dictis apparebit ſolutio ābiguitatis Auerrois in ſermonibus Galeni:Dicet eñ Nicolaus,ꝙ cū Gal.in ſermonib9 vniuerſalibus,videlicet.iii. artis parue dixit,diuerſionē fieri ad cōtrariū,verū dixit: Cū vero.xiii. Therapeuticę iuſſit in Apoſtematib9 Hepatis phlebotomiā fieri i latere dextro,nō de diuerſiua, ſed de deriuatiua ītellexit. Q̄d aūt diuerſiua phlebotomia fiat ad cōtrariū, & deriuatiua ex eodē, nullā cōtrarietatē i ſe claudit. Idē eſt dicēdū i Apoſtematib9 Splenis,ꝙ phlebotomāda eſt Baſilica ſiniſtri lateris,intelligēdo de euacuatione deriuatiua,& nō de diuerſiua. Iſte eſt modus ſaluādi cōtradictionē apparētē in dictis Galeni ſecūdū Nicolaū. Ego vero libētiſſime a te ītelligerē, quomodo hāc ſoluis ambiguitatē, niſi velis dictum Galeni in ſermonibus vniuerſalibus intelligi, vbi ſola intenditur,diuerſio tūc fit ad cōtrariū: Sed in huiuſmodi Apoſtemate Hepatis intenditur & diuerſio, & euacuatio:hunc enim modū videris inferius aſſerere.

¶Sed,quę ſit in hac ambiguitate opinio mea, facile dicā,ꝑmiſſa prius corporis humani diuiſione,quā poſuit Nicolaus ſermone.vii.tractatu.v.capite.xii. ſub rubrica de his,quę implent recurſum,& extractum.

¶Dixit em̃,ꝙ Homo diuiditur ſecũdũ lõgitudinẽ, per quã eſt oppoſitio ſecundũ inferius,& ſuperius:ſecundo diuidit̃ ſecũdũ latitudinẽ,ſecundũ quã eſt oppoſitio ſecundũ ante,& retro: Diuiditur etiã humanũ corpus in tres regiones,in ſupremã videlicet, quę capitis eſt: Superior pars vſq; ad furculã pectoris ſuperiorẽ : Altera vero,quę ab hac ſuperiori furcula incipit,& inferiorem pectoris furculã claudit,quę media regio nuncupatur: Tertia eſt,quæ ab hac inferiori furcula initiũ ſumit, & vſq; ad infima pedũ tendit:Hãc etiã corporis diuiſionę videtur Gal.cõſentire,quãdo.iiii.Therapeuticę capite.vi.dixit:Ventrẽ autẽ hoc loco non ſolũ inferiorẽ intelligendũ eſſe,ſed etiã ſuperiorẽ,patere cuiuis arbitror:Diuiſo nãq;,qui inter collum,& crura eſt,trũco in duas capacitates maximas,prior ſub thorace,ſecunda ſub mẽbrana,quę Abdomini ſubtenditur (Peritonęon Gręci vocãt)cõtinetur.hæc Gal.Iccirco oculus, ſi Apoſtemate laborat, atq; humeralis vena incidatur,dicitur,ꝙ ſit diuerſio in oppoſitum,oculo exiſtẽte in ſuprema regione,humerali aũt vena in media,quæ ſecũdũ dimenſionẽ lõgitudinis opponũtur.Si vero,patiente oculo dextro, phlebotomia fiat in brachio ſiniſtro, hæc venæ inciſio duplicẽ continebit oppoſitionẽ,eã ſcilicet,quę eſt a ſuperiore ad inferius,& eã,quę eſt a dextris ad ſiniſtrũ,& hoc eſt facere phlebotomiã in duas diametros,quã nullus ſapiẽtũ cõmẽdat:Sed tã Gręcus,q̃ Arabs dãnauit.

¶Quęritur modo: Hepar, & Splen aut cõtinentur in media regione,aut nõ:Si cõtinentur in media, vt ſupra

viſus eſt Nicolaus poſuiſſe, reſpondēdo tuę rationi dicemus,cōcedēdo idem eſſe iudicium in vtroq; , & ꝙ in vtroq; morbo & Hepatis,& coſtę phlebotomia deriuatiua fit ex eodē latere,& in ſtatu : Venæ autem inciſio, quæ retractiua dicitur,& qnę in principio fit, fit ex latere oppoſito patienti particulę:Si enim in eadem continētur regione,& in ea nulla alia eſt oppoſitio,niſi ea, quæ eſt dextri ad ſiniſtrū, & econtrario (de ea enim, q̃ eſt ante,& retro,nulla fit modo conſideratio) & retractio fit in contrariam partem,neceſſarium eſt in vtroq; Apoſtematū genere , ꝙ phlebotomia retractiua fiat in ſiniſtro,Apoſtemate exiſtēte in dextro: Si vero Hepar, & Splen non in media continentur regione,ſed in infima, tunc dicemus rationē tuā aſſumere falſum, videlicet ꝙ idem ſit iudicium in Apoſtemate Hepatis,& coſtalis morbi in phlebotomia facienda : quia phlebotomia retractiua in Hepatis Apoſtemate,quę fit in principio,& reſpectu fluētis humoris,fiet ex Baſilica dextri lateris, quæ habet ad Hepar oppoſitionē per ſuperius, & inferius:Sed in Apoſtemate Pleurę, cū locus patiēs, & vena incidēda ſint in media regione , fiet phlebotomia retractiua in latere oppoſito ſecūdū dextrū, & ſiniſtrum. Vtcūq; igitur dicatur, vel ꝙ Hepar in media regione,vel in infima,patet manifeſte,vel ꝙ falſum aſſumis in tua argumentatione,vel minime cōtra nos concludis.

¶Quid autē ſenſerit Galenus. xiii. Therapeuticæ,vbi curā particularē ponit Apoſtematis Hepatis,ingeune

dicã: Galenus citato loco proponit caſum, videlicet ꝙ Iecur iam Phlegmonẽ cõtrahere cœperit,& querit,quę nã ſit eiuſmodi cõmodiſſima curatio, & in aſſignanda hac cõmodiſſima curatione petit,an corpus totũ inanitione ĩdigeat:ꝙ ſi indigere inuẽtũ ſit, aliiſq; tũ virtute, tũ ætate cõſentiẽtibus, iubet fieri debere phlebotomiã inquiẽs,Ergo pariter tũ reuellẽdus,tũ educẽdus,qui ad Iecur fluit,ſanguis eſt, interna in dextro cubito inſecta vena: In quibus verbis apparet manifeſte euacuationẽ factã eſſe retractiuã,& diuerſiuã reſpectu humoris fluẽtis ad Hepar,quę in principio cõueniẽs eſt: & patet ex his,quę dicta ſunt,ꝙ hęc diuerſio ad cõtrarium fit ſecũdũ eã contrarietatẽ,quę eſt a deorſum in ſurſum.

¶ Et,ſi dicatur,ꝙ etiã ſit euacuatiua humoris, q̄ fluxit, cũ Galenus etiã hoc aſſerat,cũ dixit,tũ reuellendus,tũ educẽdus,reſpondemus,hoc minime Galenũdixiſſe, ꝙ intẽtio fuerit euacuãdi humorẽ,qui fluxit: immo dixit, ꝙ tũ reuellendus,tũ educẽdus,q̄ ad Iecur fluit,ſanguis: & nõ dixit,qui ad Iecur fluxit,ſanguis:Sed id Galenus adiunxit,quia reuulſio,& retractio fieri poteſt ſine euacuatione ꝑ vẽtoſas,frictiones,ligaturas, & huiuſmodi, q̄d in corpore nõ repleto adimpleri debet:poteſt etiã & cũ euacuatiõe diuerſio fieri, q̄d maxime cõuenit,corpore exiſtẽte pleno,vt dicebat ſuperius Nicolaus:Scripſit enim Galenus.xiii.Therapeuticę diſtinctione.iii.capite iii.Momẽtũ omne laborãtis Phlegmone partis in redũdãtis in ipſa ſanguinis euacuatione conſiſtit:& ſubdit, Vacuatio autẽ hoc genus affectorũ excogitata eſt du-

plex,aut tranſlato ad alias partes,qui in ægra contine-
batur,ſanguine,aut foris a corpore expulſo:& dixit,ſa-
tius profecto eſt vtraque vti:Et iccirco dixit, tum reuel
lendus,tum educendus: Hæc igitur phlebotomia,quã
pręcipit Galenus,eſt diuerſiua facta in principio,& re-
ſpectu humoris fluentis, & eſt ſecũdũ diuerſum, & op-
poſitum ſecundum ſuperius, & inferius.

¶Et,ſi diceres, pari paſſu videntur incedere Iecur,pe-
ctus,Pulmo,& Cor, dicente hoc idẽ Galeno,cum dixit,
vbi Iecur,pectus,Pulmo,aut Cor ſic afficiũtur, internã
incidere: reſpondemus Galenũ loco dicto velle Iecur,
pectus,Pulmonem,& Cor ſimili modo incedere quan-
tum ad venam phlebotomandam, quia ſemper vena ea
inciditur in eorũ ægritudinibus,quę interna dicit͛: nec
in eo loco determinauit quã internam venam, dextrã,
an ſiniſtram:licet in Apoſtemate Hepatis ad diuerten-
dum declarauerit eam,quę in brachio dextro:Nec licet
arguere,ergo in ægritudinibus aliorũ dictoꝶ mẽbroꝶ
phlebotomãda eſt iterna dextra:nec hoc dixit Galen9.
Iccirco,ſi diuerſionẽ intẽdimus, facienda eſt phleboto-
mia ad cõtrariũ,vt in Apoſtemate Hepatis Galen9 fe
cit:Si vero intẽdimus deriuatiuã,fiat ex eodẽ,& ſecũdũ
rectitudinẽ patiẽtis particulę,vt docuit Gal.ii.de arte
curatiua ad Glauconẽ.Patet itaqꝫ reſpõſio tuę argumẽ
tationi, ꝙ non eſt idẽ iudiciũ de Apoſtemate Hepatis,
& Pleurę, cũ Hepar ſit in infima regione, & Pleura in
media:Et licet in oibus talibus ægritudinibus phlebo
tometur Baſilica,nõ tamẽ ſemꝑ, & in omnibus eadem

Baſilica dextra,aut ſiniſtra:Et maioré,& propinquioré ré ſocietatem habét venæ nutriétes coſtas médoſas cũ Baſilica,q̃ vena Cœle in ortu ſuo in Hepate cũ illa:Cũ hoc etiã,ꝙ venę nutriétes coſtas inferiores cõtinuãtur cũ venis nutriétibus partem pectoris ſuperioré,quę in truncũ Baſilicæ mittit:Et ideo nõ eſt idé iudiciũ:Et patet ſolutio apparétis contradictionis in dictis Galeni: hic enim in.xiii.Therapeuticę diuerſioné facit ad cõtrariũ,& nõ ſolum erat in eodé latere,qđ nullo modo contrarietaté haberet ad particulam patienté:Nunc tempus eſt ad ſecundã rationé accedere,quæ talis eſt.

¶ Apud omnes,quando materia fluxerit,cõuenit phlebotomia eiuſdé lateris in principio pleuritidis,licet materia nõ fluxerit ad Apoſtema,fluxit tamé pro magna parte ad latus Apoſtematis , & loca circunſtantia ad Apoſtema,vt patet ex modo generatiõis Phlegmones poſito a Gal.in textu de tumoribus pręter naturam in principio:Et in de mala complexione diuerſa in principio,&.iii. Technes.clv.Igiť in principio pleuritidis cõuenit phlebotomia eiuſdé lateris:Idé debet eſſe iudiciũ de materia,quæ fluxit ad Apoſtema,& quę fluxit ad loca circũſtantia ad Apoſtema:Vult enim Gal. in his locis,ꝙ,quando materia fluit ad faciendũ Phlegmonen in aliqua determinata parte,prius repleantur venæ, & Arterię minores ita,vt quæ ſenſum latebant ſui paruitate,nũc appareãt,& poſt modũ,quando non poterunt plus cõtinere,exeant humores ad poroſitates membrorum,vt faciant Apoſtema.Dicitur(inquis tu)ad hanc

rationem fortaſſis,ꝙ,licet materia pro parte fluxerit ad loca circũſtantia Apoſtemati,alia tamẽ adhuc fluit,quę diuertenda eſt.Sed contra,venæ circũſtantes Apoſtemati ſunt adeo plenæ,vt plus continere non poſſint, Ergo maius periculum eſt de materia ibidem exiſtente,ne augeat Apoſtema, q̃ de materia, quæ fluit de nouo:Ergo ſaltem non ſolum eſt facienda euacuatio, quæ diuertat, ſed etiam,quæ euacuet a loco læſo:immo(vt vult Galenus in.ii.re. acutorum textu.x.) quę plus euacuet a loco lęſo, q̃ ab aliis partibus: Talis autem eſt Phlebotomia eiuſdem lateris,non lateris oppoſiti. Hæc ſunt, quæ in tui fauorem adducis pro ſecunda ratione.

¶Multa in hac ratione tua ſapientiſſime ſcribis:ſed audias,quę pro reſponſione adducantur:Cõcedimus enim in principio Apoſtematis pro parte humorẽ fluxiſſe, & pro maiori parte fluxurũ eſſe ad loca circunſtantia Apoſtemati,& quod periculum eſt de materia ibidẽ exiſtente,ne augeat Apoſtema:Et,cũ tu infers,ergo ipſa eſt euacuãda,nego cõſequentiã: Concedo tamen,ꝙ ad euitandũ periculũ augmẽti,quod ſequi poſſet, tranſmiſſa hac materia a venis ĩ poroſitates mẽbroꝝ,ſufficit,ꝙ fiat ab euacuatio,videlicet ꝙ ab illis locis Apoſtemati propinquis attrahatur ad loca alia,& cõtraria particulę patiẽti,per quã attractionẽ inhibet̃,ne huiuſmodi humor augeat Apoſtema: Hęc aũt humoris attractio ibidẽ circũſtãtis Apoſtemati fit per euacuationẽ ſanguinis in parte cõtraria: Dicebat enim Galenus.ii.re.acu.textu.x.ꝙ, ſi nõ inueniatur Baſilica,& appareat vena nigra, incida

tur nigra:hac vero nō apparēte,& manifeſta exiſtēte ve-
na Cephalica,ipſa īcidat᷑ poſt,q̄ ſcis,ꝙ euacuatio,ex qui
buſcūq; locis fiat,attrahit ex toto aīalis corꝑe:hęc Gale
nus:Et ꝑ hoc idē apparet,ꝙ euacuatio illi9 humoris cir-
cūſtātis Apoſtemati ī venis vicinis ꝑ inciſionē venę eiuſ-
dē lateris in principio, qñ humor fluit, nō eſt cōueniēs:
nā tūc maius eſſet nocumētū, qđ faceret ī attrahēdo ex
toto corpore ad partē illā,q̄ iuuamētū euacuatiōis illi9
humoris:facilius enī trahit᷑ ſanguis ꝑ venā Cœlen a to
to corpore,q̄ humores in paruis venis ſuppreſſi, atq; cō
culcati in venā ipſā:Sed,ſi inciſio venę fiat ex latere op-
poſito,vacuat᷑ pars illa, & ad ipſā euacuatā trahit᷑ vi va
cui humor ille cōtētus ī minutis venulis ad eādē partē,
& ſic abeuacuam9: Quo ꝑacto opꝑe,patet nō eē ꝑiculū,
vt Apoſtema augeat᷑,qñ eo mō inhibitio fiat:Ratio igit᷑
tua nulla eſt,cū ex eo,qđ ponit᷑,nō ſeq̄t᷑ de neceſſitate,fa
ciēdā eē vacuationē illi9 humoris ab extra ꝑ venę īciſio
nē:Sed vel hoc faciēdū,vel abeuacuādū. Tertio ſic iſtas.
¶ Natura nūq̄ bñ euacuat,niſi ex eodē latere, & ars de-
bet imitari naturā recte operātē,igit᷑. Prima ꝓpoſitio ha
bet᷑ ī tex.de Phlebotomia a Galeno doctrina.ii.ſūma.ii.
cap.i.&.iii.de Criſi cap.iii.& ī.ii.tractatu,de febribus ad
Glauconē.Forte dicet᷑,ꝙ euacuatio,q̄ recte fit a natura,
eſt euacuatio,q̄ fit poſt digeſtionē in fine ęgritudinū,&
nos loq̄mur de euacuatiōe facta ī pricipio añ digeſtionē,
& q̄ eſt euacuatio diuerſiua: Sed iſtđ nihil eſt,rō enī,qua
re in fine ęgritudinū digeſta materia,natura nunq̄ recte
euacuat,niſi ex eadē ꝑte,eſt,q̄a ī la materia cōueniētius,
& facilius euacuat᷑ ex eadē part;,q̄ ex alia parte oppoſi-

ta, Immo, ſi fiat euacuatio ex parte oppoſita, nõ euacuat͛ tũc materia peccans, & ꝓpterea eſt mala euacuatio. Cũ igit͛ in prĩcipio Pleuritidis nõ ſolũ ſit intẽtio noſtra diuertere, ſed etiam euacuare, & euacuatio longe facilius fiat ex eadẽ parte, q̃ ex oppoſita parte, erit Phlebotomia ex eodem latere facienda, & maxime, cum Phlebotomia eiuſdem lateris plus diuertat, q̃ lateris oppoſiti.

¶Hęc tua ratio vir clariſſime non claudit oſtiũ: Cur.n. ꝓhibuit Hippo. in Pleuritico morbo deſcẽdẽte ad Hypochondria dari Pharmacũ ĩ prĩcipio, ſi ĩtẽtio ĩ tali morbo deſcẽdẽte eſt & diuerſio, & euacuatio ĩ ip̃o prĩcipio? Et, cũ tu aſſeris, Natura nũq̃ bene euacuat, niſi ex eodẽ latere, hoc qdẽ intelligẽdũ eſt, qñ natura intẽdit euacuationẽ. Si igit͛ artifex in operãdo in prĩcipio Pleuritidis ĩtẽderet euacuationẽ ꝑ Phlebotomiã, ꝑfecto ex eodẽ latere venã incideret: Sed ĩ Pleuritide in prĩcipio intendit͛ ſola diuerſio: Licet em̃ ĩ Apoſtemate generãdo ꝑ modũ fluẽtis humoris tota ĩtẽtio ſit duplex, ſcilicet retrahere fluẽtẽ humorẽ, & deriuare eũ, q fluxit: nõ tñ hęc duplex intẽtio in vno morbi tẽpore executioni mãdat͛: Sed ĩ huiuſmodi morbi tẽpore, qđ principiũ nominãt, fluẽtẽ humorẽ retrahit: In ſtatu vero deriuat eũ, q fluxit, vt in. iiii. de ingenio ſanitatis cap. vi. ſupra diximus Galenũ ſcriptis mãdaſſe ex Hippo. placitis. Qđ aũt dictũ eſt, ꝙ venæ inciſio in eodẽ latere plus diuertat, q̃ ea, quę in oppoſito fit, in modo dicenda ratione dilucidabimus.

¶Quarto ĩ ſubſidiũ tuę opiniõis adducit͛ ratio iſta, illa Phebotomia eſt faciẽda ĩ Pleuritide ĩ prĩcipio, q̃ plus di-

uertit,ſed Phlebotomia eiuſdem lateris plus diuertit,q̃ phlebotomia lateris oppoſiti:Ergo &c. Probatᷣ minor, qn̄ em̄ ex fonte magno fluūt riuuli a dextris,& ſiniſtris, ſi vis,ꝙ riuuli a dextris refluāt ad fontē,oportet euacuare fontem magnū a parte dextra,& non a ſiniſtra,& ecōtrario:Igitur,cum vena Cœle ſit,ſicut magnus fons,vnde venę paruę oriūtur,quæ ſanguinē deferūt ad coſtas, ſi volumus facere,ꝙ ī Pleuritide dextri lateris venæ dextri lateris refluant ad fontem, oportebit vacuare venā Cœlen ex parte dextra,& ex cōſequēti ex Baſilica dextri lateris erit facienda Phlebotomia,& ita in Pleuritide ſiniſtri lateris ex Baſilica ſiniſtra.

Hanc tuam rationem mi Curti fateor me non intelligere,& mihi non fieri veriſimile: qđ ſi voluero diuertere, plus hoc faciā ex eodem latere,q̃ ex oppoſito: Et omnibus manifeſtum eſſet Galenum ſomniaſſe,cū dixit,Retractionem fluentis humoris debere fieri ad cōtrarium: quin etiam,cum dixit,ad longiſſimam partem, tunc magis deliraſſe : & maxime,ſi facilior, & melior ſit retractio ad propinquam,q̃ ad longinquam : Sed cōcedatur & tibi,diuerſionē copioſiorem fieri ex eodē,q̃ ex oppoſito latere:nō tamen,qđ infertur,neceſſario ſequitur:Reſpōdebo enim,cōceſſo illo,nō tamē debet fieri retractio ex eodem , quia plus affert nocumenti in attrahendo ex toto corpore,q̃ iuuamenti in euacuando humorē circunſtātem Apoſtemati : Per attractionem enim ex toto per ipſum truncum ſit partis illius repletio,qua repleta exiſtente non poſſunt humores exiſtētes in venis coſtas nu

triētes ad fontem refluere,vt bene, & optime aſſeruiſti: Sed facta venę inciſione in oppoſita parte,vacuatᷣ humor illius partis,ad quam euacuationē ſequitur humoris alterius partis motus ad illam. Atq; manifeſtum eſt, ꝙ per huiuſmodi venæ inciſionem non tranſmittitur ad partē oppoſitam humor : ſed potius,qui in ea eſt, attrahitur,& fluens ad ipſam retrahitur:Non dico,ꝙ humor exiſtens in parte lęſa euacuetᷣ, quando moderata fit euacuatio,ſed abeuacuatur. In hac igitur venæ ĩciſione,ſcilicet in parte oppoſita,ſi fiat in principio,erit iuuamentum ſine nocumento,& ideo hæc in principio potius eligenda eſt,q̃ alia eiuſdem lateris,in qua plus eſt nocumēti,q̃ iuuamenti:& ſic patet ſolutio argumenti.

¶Quintā deinde rationem adducis,vt magis firma,cōſtanſq; ſit opinio tua,ea hæc eſt,vbi materia fluat ex parte capitis dextra,redeatq; ĩ venā Cœlen,& fluat ad partem dextram pectoris,conſtat,ꝙ longe melius diuertit Phlebotomia lateris dextri,q̃ ſiniſtri : Immo Phlebotomia lateris ſiniſtri nihil fere diuertit.Fluente enim materia per venam Cœlen magnam per partem dextrā deorſum,conſtat per eandem partem debere retrahi ſurſum: quod , niſi per Phlebotomiam eiuſdem lateris,fieri non poterit:& ſimiliter,ſi fluit a deorſum in ſurſum per partem dextram venę Cœles,conſtat ꝙ,ſi trahatur ſurſum per eādem partem dextram,impediretur,ne a vena Cœles vadat ad ramulos paruos tendentes ad partē dextrā pectoris,vbi eſt Apoſtema. Nec poteſt fluere materia a parte ſiniſtra pectoris ad dextram,niſi redierit in venam

Cœlen, qđ raro valde contingere poteſt, cum fortior ſit virtus venę Cœles magnę, q̃ venarũ paruarum, & venę fortes mittant ad debiles: Pręterea, ſtãte plenitudine in parte ſiniſtra, potius deberet fieri Pleuritis in illa parte, q̃ ꝙ ex illa parte fluat materia ad partem dextram.

¶ Pulcherrime (inquã) ac ſubtiliſſime argumẽtaris: facillime tamẽ, & clare reſpõdebo: Si materia, & humor, qui a parte capitis dextra ſubingreſſus venã Cœlen fluxit in partem pectoris dextram, retrahendus eſſet ſurſum per eandẽ viam, profecto exiſtimarem venæ Cephalicæ, & nõ Baſilicę inciſionẽ, vel alterius ſuperioris venę attracturam humorẽ illũ ad ſuperiora: & maxime eã venę inciſionẽ, q̃ ſecũdum rectitudinẽ partis patiẽtis fieret: quia, vt ſuperius dixi ſecũdũ Galeni ſententiam, euacuatio facta in in aliqua parte corporis attrahit a quacũq; eius parte: Et ideo cõceſſit Gal. eodem citato loco, ꝙ, nõ ĩuẽta Baſilica, aut nigra, fieret ex Cephalica vena inciſio: Sed intẽtio medẽtis Medici nõ eſt, vt materia refluat ad locũ, a quo cœpit fluere, ſed vt fluat, & diuertatͥ ad partẽ contrariã particulę patientis. Vbiq; aſſerit Galenus, ꝙ particula patiens docet nos, vnde, id eſt ex qua parte, & quomodo, id eſt per quã venã fieri debeat ſanguinis miſſio, vel humoris retractio, quę ad contrariam partem loci dolentis fit: & non dixit, humoris retractionem fieri debere ad eum locũ, a quo fluere cœpit: Si eñ locus patiens ſit dexter, & fluens humor ad ſiniſtrũ diuertatur, ſeruatur veritas orationis dicentis, Retractio fit ad contrarium: Et, cum facilius ſit huiuſmodi humo-

rem fluentem a parte capitis dextra in dextrum pectoris retrahere in ſiniſtrum, q̃ in ſurſum ad eum locum, a quo cœpit fluere, huius venæ inciſio in ſiniſtro conuenientior erit, & facilior, & expedita magis.

¶ Sexta ſubſequitur ratio, quæ ortum habet ab eo, q͠d Galenus vſui mandauit, & inquis, Si materia fluit a parte capitis dextra ad ſiniſtram ad faciẽdum dolorem, vel Apoſtema, Phlebotomia facta in Baſilica ſiniſtra æque, & magis trahit materiam ad locum, ſicut Phlebotomia in Pleuritide ex eodem latere: eſt tamen facienda de mẽte Galeni.xiii. Therapeuticæ diſtinctione.iii.capite.v. Et in.ii.de febribus ad Glauconem capite.viii.& proprie ſecundum traductionem Leoniceni.

¶ Huic reſpondemus negantes, & interimentes, in dolore capitis ſiniſtro, aut in Apoſtemate in eodem loco exiſtente, Baſilicæ ſiniſtræ inciſionem æque, & magis trahere materiam ad locum dolentem, ſicut Phlebotomiã in Pleuritide ex eodem latere: Nam in Pleuritide lateris dextri, ſi fiat Phlebotomia Baſilicæ dextræ, inter locum patientem, & venam inciſam nulla cadit contrarietas: Sed ĩ Apoſtemate ſiniſtri lateris capitis ſi fiat venæ Cephalicæ ſiniſtræ inciſio, licet huiuſmodi vacuatio trahat ad ſiniſtram partem, tamen non trahit ad dolentem locum, ſed ad ſiniſtrum inferius: Et iccirco Phlebotomia conceſſa in tali Apoſtemate a Galeno fuit recta, & conueniens: quia non trahit ad locum læſum, ſed ad ſiniſtrum inferius: & hæc optime diuertit, cum ſit ſecundum rectitudinem partis patientis:

Ea vero,quę ĩ pleuritide,ad locũ trahit dolẽtẽ,nulla ibi exiſtẽte cõtrarietate inter locũ dolẽtẽ, & venã inciſam.

¶Septima ratio inducitur hoc modo: Vndecunq; natura repit,inde ducere oportet per cõuenientes regiones: In Pleuritide dextri lateris natura repit ad dextram partem:Igitur per illam fieri debet Phlebotomia.Forte dicetur (inquis tu) ꝙ ſententia illa Hippocratis intelligitur de euacuatione,quæ fieri ſolet, quando materia iam fluxit, quam natura tentat euacuare, & non de diuerſione:Immo vidit repugnare,ꝙ fieret diuerſio, quæ eſt retractio ad contrarium, & euacuare per locum, vnde natura repit:Si enim natura in principio Apoſtematis repit ad aliquod mẽbrum,trahendũ eſt ad cõtrariũ:Illud autẽ ſtare non poteſt, quia Galenus.ii.re.acu. cõmento.x.verificat illã ſententiã etiã in diuerſione:nec repugnat fieri diuerſionem,& euacuationẽ ſecundũ illã partẽ,ſecundũ quã natura repit:Stante enim Pleuritide in dextro latere, peccans materia poteſt a loco læſo diuerti,aut trahendo eam ſuperius,aut inferius:Et ideo dicebat Hippocrates,quando dolor aſcendit ad furculas, facias Phlebotomiã Baſilicę, quia tunc natura videtur mouere materiã ſuperius:Si aũt dolor deſcẽdit, exhibeatur pharmacia,& trahatur materia inferius,ſicut natura repit.Et ita in his caſibus fit diuerſio materiæ a loco lęſo, & ſecundum eandem partem, ſecundum quam natura repit. Hęc tu.

¶Galenus in cõmẽto Aphoriſmorũ,vndecũque natura repit,pręcepit in hũc modũ:oportet medicũ naturę mo

tũ animaduertere,&,ſi quidẽ idoneus fuerit,ei conuenit auxiliari,Si vero cõtrarius,incõmodus, atq; noxius,hũc prohibere,tranſferre,atq; diuertere,& auocare oportet: Quis eſt mi Curti,qui motum humoris ad loca coſtarũ, & Pleurę facturum Apoſtema,& morbum,iudicet hũc cõmodũ? & apte,& condecẽter naturã hunc motũ facere,cui opitulari,ancillari,adminiculariq; oporteat? profecto prouidus,ac ſapiẽs medicus hũc motũ potius cohibebit,& trãſferet, & ĩ aliã partẽ humorẽ illũ auocabit. Non igitur natura naturaliter operatur,quãdo hũc mouet humorẽ ad Apoſtema generandũ, cui medicus auxiliari debeat. Nõ debet itaq; prudẽs medicus,& qui futura mala pręcauere debet,in principio coſtalis morbi per illã partẽ euacuare,ad quam natura a morbo ſtimulata humorẽ illũ declinat: quia,vt dixit Galenus in libro de arte curatiua,Si ad locũ, & particulã patientẽ humorẽ fluentẽ traxeris,malũ geminabis: Sed,ſi morbus in ſtatu fuerit,in quo totus humor fluxit, tunc ratio cogit,vt euacuetur,deriuetur,& deducatur,& ex ea parte,ad quã humor inclinauit:quia facilius,& expeditius hoc fiet:In principio vero medicus cohibebit motum illũ,& in oppoſitam partem traducet humorem:hoc autem per euacuationem factã per eandem partem minime fit: nũquã enim inuẽtus eſt Galenus, qui retractionẽ mandauerit debere fieri per eandem,ſed diuerſam partem.

¶Cũ vero vlterius aſſeris nõ repugnare,per eandẽ partem fieri diuerſionem,& euacuationem: Reſpondemus, id verum eſſe,& opere naturæ comprobatum recte id

operãtis,q̃ quãdoq; Hepatis Apoſtema per fluxũ ſãgui nis nariũ iudicat:Et,ſi per dextrã partẽ iudiciũ faciat,cõ mode,& expedite facit: Sed,ſi per ſiniſtrã narẽ iudicat, incõmode,& cũ iactura iudicationẽ facit,vt aſſerit Hip pocratis decretũ:Sed,licet talis naturę motus ſit ſimul diuerſio,& euacuatio,& per vnã,& eandẽ partẽ,ſcilicet dextrã,tamẽ ĩ tali motu eſt cõtrarietas,quę eſt deorſum in ſurſum,vt per hoc ratio diuerſionis ſaluetur, quæ eſt in contrarium mouere:Is autẽ naturę motus per eãdem partẽ dextrã cõmendatur, quia eſt ſecũdum rectitudinẽ patiẽtis particulę,et,(vt iuniores refert)ẽ diuerſio ſecũ dũ vnã diametrũ: Motũ autẽ, qui fit ſecũdũ ſiniſtrã na- rẽ,Galen⁹ infamat,& carpit libro de Phlebotomia ſũ- ma.ii.capite.iiii.dicẽs,ꝙ nihil iuuat, & nocet quãdoq; in dies ſoluẽdo virtutẽ,abſq; ꝙ paſſionẽ leuet:Et hoc ideo, quia nõ eſt ſecũdũ rectitudinẽ patiẽtis loci,vel(vt recẽ tiores) eſt retractio ſecũdũ duas diametros: Sed in Co ſtali morbo,ipſo exiſtente in dextra parte,ſi fiat ſangui- nis miſſio ĩ Baſilica dextra,nulla fit diuerſio,nec ea, quę ab inferius ad ſuperius,cum particula patiens, & locus, per quem fit Phlebotomia in eadem ſit media regione: nec eſt etiã cõtrarius inter dextrũ, & ſiniſtrum,cum op- poſitum caſus ipſe depoſuerit:Nec mihi nunc eſt curæ, ſiue aſcendat,ſiue deſcendat dolor: ſemper enim ſunt in eadem regiõe media,& in dextris. Quod vero adducis, Hippocratẽ ſic vſui mãdaſſe,& per eandẽ partẽ,ad quã humor inclinat,fecerit euacuationẽ, vt, aſcendẽte dolo- re,p Phlebotomiã,deſcẽdẽte vero, per Pharmacũ,hoc fa

cile cõcedimus aſſerẽtes id Hippocratẽ mandaſſe fieri tẽpore ſtatus,& nõ in pricipio,vt prędixim9:Et,cũ Phlebotomiã pręcepit,diximus id fuiſſe tẽpore ſtatus,in quo quidem tempore intẽtio eſt euacuandi:& profecto facilius,& magis expedite per eandem partem,ad quam humor inclinauit,fit euacuatio:In principio vero eſt diuertendi propoſitum,quod per diuerſum, & oppoſitum adimpletur.Hæc ſunt,quę Hippocratis,& Galeni placitis ſunt conformia.& conuenientia.

¶Vltimo in aciẽ adducis,in Pleuritide magis intendimus euacuationẽ a loco lęſo, q̃ ab aliis partib9,vt clare dixit Gale.ii.re.acu.in cõmẽto.x.qđ & ratiõe ꝓbatꝰ:quia maxima intẽtio eſt ad ꝓhibẽdũ augmẽtũ Apoſtematis, cui9 cauſa eſt maxim9 dolor:dolor aũt nõ remouetꝰ,niſi educto ſãguine,q eſt ĩ loco lęſo,q & calefaciẽdo, & excitãdo dolorẽ facit : Phlebotomia oppoſiti lateris nõ pl9 euacuat a loco lęſo,q̃ ab aliis ꝑtib9:Ergo illa nõ eſt facienda.¶Reſpõdemus dicentes interimẽdo, ꝙ in principio Apoſtematum,& Pleuritici morbi magis intendamus euacuare a loco lęſo,q̃ ab aliis partibus:immo nulla eſt intentio in tali tẽpore vacuãdi a loco lęſo humorẽ,qui fluxit: ſed retrahẽdi ad cõtrarium locũ particulę patienti humorẽ ipſum,qui fluẽs eſt: ne vel a calore,aut dolore in parte læſa exiſtente trahatur ad ipſam,vel etiã ab aliis particulis incommode ad ipſum patiẽtem locũ trãſmittatꝰ,per qđ opus a Medico inhibetꝰ Apoſtematis augmẽtũ:nec Galen9 id fieri mãdauit ĩ pricipio Apoſtematũ,ſcilicet euacuationẽ a loco læſo.Rationi etiã,quã

adducis,facile eſt reſpondere:Concedo enim, ꝙ in prin-
cipio Apoſtematũ maxime intẽdimus inhibere,ne Apo
ſtema augeatur:&,cum dicitur,ꝙ talis augmenti cauſa
eſt dolor maximus patiẽtis partis:dicimus,in principio
dolorem non eſſe maximum,ſed in ſtatu: & ꝙ nõ ſolus
dolor eſt cauſa augmenti Apoſtematis,qui in principio
paruus eſt:ſed cauſa eſt in alia, aliiſve particulis a patiẽ
te loco,quæ tranſmittunt id,quod eis qualitate,aut quã
titate eſt ſuperfluum,ad particulam patiẽtem, doloréq;
ibi excitant:Virtus autem ex cretoria,cum aliquid ſen-
tit,quod eam contriſtet,id proiicere ꝓperat . Cum autẽ
ſuis primis conatibus nihil profecerit,vehementius ag-
greſſa,quod infeſtat,expellere,ſanguinis aliquid,& ſpi-
ritus ex ſuppoſitis particulis in afflictam ſedẽ,& partẽ
ſimul exprimit,vt Gale.xiii. Therapeuticę ſcriptis reli-
quit:Cum aũt natura ſanguine,& ſpiritu,vt inſtrumen-
tis vtatur,& hæc ad patiẽtẽ particulã trãſmittat, vt his
naturalibus eius inſtrumentis cauſam doloris a loco re
moueat,locus hoc ſanguine,& ſpiritu fluẽtibꝰ repletur
magis,maiorq; fit continuitatis ſolutio,maiorq; calidi-
tas,vnde & maior excitatᷣ dolor:Sapiẽs itaq;,& prudẽs
medicus in hoc prĩcipii tẽpore maxime ꝓuidebit,ne na-
tura incitata a morbo ĩ illũ locũ ſanguinẽ, & ſpũm trãſ
mittat:qđ facile erit,inhibẽdo hũc humoris motũ ꝑ mo
tũ illiꝰ ad ꝑticulã patiẽti loco oppoſitã.Hoc aũt medi-
cus cõſeqͣᵗ,ſi Phlebotomiã fecerit ĩ loco oppoſito patiẽ
tis ꝑtis,ad quã ſequetᷣ humoris fluẽtis retractio, & eiꝰ,
ꝗ fluxit,abeuacuatio.Nõ fiet aũt cõmode,ſi ĩ eadẽ parte

venæ inciſionem fecerit, quæ plus nocumeuti affert in attrahendo ad eam ex toto corpore, q̃ iuuamenti in euacuando humores in locis Apoſtemati circunſtantibus exiſtentcs. Quod vero de dolore fuit inſertum, diximus in principio, ipſum paucum eſſe, &, quod trahit, paucum eſt. Quod ſi in augmento morbus eſſet, aut in principio ſtatus, in quibus morbi temporibus neceſſarium eſſet phlebotomare, quia prius ob aliquam cauſam Aeger minime phlebotomatus fuit, & tunc temporis dolor infeſtaret nimis, neceſſarium profecto eſſet vti præcepto Principis, cum dixit, Cumq; ad diuerſum trahere volueris, dolorem prius ſeda: niſi ſedetur dolor, cum trahat ad partem patientem, oppugnaret attractioni, quæ per phlebotomiam fieret in parte oppoſita, & diuerſa: mitigatio autem doloris fit per ea auxilia, quę extra ſunt applicata dolenti loco: Remotio autem illius doloris in totum fieri non poteſt, niſi phlebotomia, & ſputo, vt recte ſentis, quę ſi in latere oppoſito fiat, licet humorẽ exiſtentẽ in locis Apoſtemati propinquis nõ euacuet, eũ tamẽ abeuacuat, vt non ſit amplius timor curſus materię ab illis locis ad ipſum locũ Apoſtemate affectũ: Ea vero inciſio venę, quę ex eadem fit parte, plus nocet ĩ attrahẽdo a toto corpore ad partem lęſam, q̃ iuuet in euacuando humorem illum exiſtentẽ in venulis nutrientibus pectus, de quo timor eſt, ne augeat Apoſtema.

¶ Veniamus modo ad id, quod vltimo loco executus es, & cõſiderem9 an ea, quę tibi obieciſti, ſint ad vnguẽ

ſoluta, an vero adhuc nodi, quibus te ipſum ligaſti, ſint inexplicati: Inquis enim cōtra te eſſe id, qđ Galenus in tractatu de Antiſpaſi. & in. v. de Ingenio capite. iii. aſſerit, videlicet ꝙ, quãdo materia fluit ad dextrã, debet trahi ad ſiniſtrã, & ecōtrario: Sicut em̃ fit diuerſio de ſurſum in deorſum: ante, retro: intus, extra: ita fit de dextro in ſiniſtrũ, & e cōtrario: & inquis, ꝙ hoc argumẽtũ colligitur ab Auerroe. vii. colliget. capite. xxix. vbi dicit, in libro de Ingenio Galenũ dicere verũ, & ſibi cōtradicere in rationibus vniuerſalibus: In libro em̃ Therapeuticę dicit, in Pleuritide eſſe faciẽdã phlebotomiã eiuſdẽ lateris, & in rationibus vniuerſalibus dicit, ſi fluit ad dextrum, trahatur ad ſiniſtrum.

¶ Huic reſpōdes, ꝙ quatuor illi modi diuertẽdi ponẽdi ſunt in ſermonibus vniuerſalibus: quia ad curã oĩm oẽs illi modi ſunt neceſſarii, Nō tñ volũt Doctores, ꝙ in cura cuiuſlibet Apoſtematis, requirãtur oẽs illi modi diuertẽdi, & ꝑcipue cũ Phlebotomia: aliter oporteret in cura cuiuſcũqꝫ Phlegmones facere tres, aut quatuor Phlebotomias, qđ eſt iprobatũ: Et ideo i Apoſtematibꝰ Hepatis nō fit Phlebotomia ex ꝑte ſiniſtra, & in dolore capitis ex vna ꝑte nō fit phlebotomia ex ꝑte oppoſita.

¶ Nō videtur mi Curti tua ſolutio nodũ, quo te ligaſti, ſoluere, nec veritatẽ in eo clauſã manifeſtare: Cōcedimꝰ em̃ multa eſſe in ſermonibꝰ vniuerſalibꝰ dicta de ipſis Apoſtematibꝰ, q̃ ipſis cōpetũt, q̃ Apoſtemata ſũt, q̃ tñ huic, vel illi minime cōueniũt: Et hoc cōtigit aliqua negãte cōditione: Noſti. n. reꝑcuſſionẽ humoris, & eiuſdẽ

reditũ fuiſſe a Sapiẽtib9 cõceſſũ ĩ Apoſtematibus,qua Apoſtemata ſũt,& hoc ĩ ſermõib9 vniuerſalib9:Cũ aũt deuentũ fuit ad emunctoriorꝝ Apoſtema,aut ad ea, q̃ a materia venenoſa ortũ habẽt, Sapiẽtes oẽs illi9 humoris reditũ,& rep̃cuſſionẽ negaſſe,vetãte ĩ primo nobili mẽbro,ad qđ rep̃cuſſio fieret:in ſcđo vero venenoſitate materię,q̃ ab intus extra trãſmittatᵣ,minime ei cõcediᵣ ab extra ad ĩtra redit9 : Eodẽ ꝑfecto mõ differẽtię illę dextrũ,ſiniſtrũ:ſurſũ,deorſũ:ante,retro:ĩtus, extra licet ponantᵣ ĩ ſermonib9 vniuerſalib9,tñ vti earũ aliqua debem9,cũ diuerſionẽ facere volum9, niſi hoc nobis aliq̃ deneget cõditio a Sapiẽtib9 explicata . Ponamus itaq; nullã eẽ cõditionẽ,q̃ diuerſionẽ ꝓhibeat fluẽtis humoris,dic(q̃ſo) nõne humorẽ illũ diuertes?Et,ſi diuertere volueris,nõ ne vel a dextro ĩ ſiniſtrũ,vel ex aliqua illarꝝ oppoſitionũ ĩ alterã diuertes?Certũ eſt ꝙ,ſi Galeni ſentẽtiã volueris eſſe ſẽpiternę veritatis,id obſeruare curabis. Cũ itaq; in Pleuritico morbo diuerſionẽ eẽ faciẽdã cõcedas,& ꝓ veritate cõcedẽda ſit,ergo p̃ aliquã illarꝝ oppoſitionũ illã vſui mãdabis:nõ eñ poſſum9 aggredi retractionẽ facere,niſi ſeruato dicto Galeni,qđ tãq̃ ꝓloquiũ cẽſeri debet.Nec nũc mihi eſt curę,quo ĩſtrumẽto retractio ſit faciẽda,an .ſ. venę ĩciſione,an cucurbitulis, an ligaturis,an frictionib9: Sed hoc mihi nũc ſatis eſt, ꝙ, ſi diuerſio faciẽda eſt, per aliquã illarũ cõplẽda eſt: Nec ducit ad incõmodũ, ſi in Apoſtemate,in quo tota intẽtio eſt duplex.ſ.humoris fluẽtis retractio, & eius,q fluxit,euacuatio,duabus etiã venę inciſionib9 ĩpleatur.

¶Cum vero vlterius infers,Et ideo in Apoſtemate Hepatis non fit phlebotomia in ſiniſtra, hoc non videtur ex dictis neceſſariam habere conſecutionem: Si enim quilibet tumor, & Apoſtema, quatenus Apoſtema eſt, in principio humoris fluētis retractionē reqrit,& Hepatis Apoſtema eſt Apoſtema:Ergo in tertio primæ videtur neceſſario ſequi,huic,quatenus Apoſtema eſt, cōuenire retractionem:Quod autē ipſi, vt Hepatis Apoſtema eſt,non competat, humorē fluentem ad contrarium retrahi, oportet adducatur ratio hoc prohibens, quæ ſi poſita in eo ſumpto fuerit, tūc aſſumptū ſub eo acceptum falſum eſſe manifeſtabitur:Sed,quæ ſit illa, a nullo ſapientū inuenio ipſam explicatam: Tua igitur intereſt illam in medium adducere.

¶Quod vero vlterius procedēdo dicis,ꝙ in dolore capitis ex vna parte non fiat venæ inciſio,& diuerſio in altera: Et ob hoc apparet dicta illa in vniuerſalibus non ſemꝑ in vſum venire, cū ad particularia deſcendimus: Reſpondemus aſſerentes id verum eſſe,tamen a Sapientibus fuiſſe explicatam conditionem negantem, ſiue vetantem illud poſſe fieri:hæc autem conditio eſt,vt,ſi vnq̄ diuerſio facienda eſt, requiratur locorum tanta diſtantia,quanta eſt ab humero ad humerū, quantā diſtātiam nullus cōcedet in capite a parte dextra in ſiniſtrā, Et ob id Sapientes dixerunt,ꝙ decretum Hippocratis Aphoriſmorum.v. Aphoriſmo.lxvii.poſteriora capitis dolentia in fronte recta vena inciſa iuuat, intelligi debet non de diuerſiua phlebotomia, ſed de deriuatiua di

ſtantia parua prohibente. Hæc ſunt, quæ ad mentem Principis iuniores referũt. Galenus tamen videtur tuis dictis reluctari in cõmento Aphoriſmi. lxvii. Inquit em̃, in doloribus itaq; partis capitis poſterioris cum auerſio ne euacuatio ex fronte fiet, ſicut & in anterioribus ea, q̃ ſecundũ occiput: & ſubdit in vſum deueniſſe huiuſmodi remedium dicẽs, Sic itaq; diuturnę oculorũ fluxiões ſæpius ſanatę ſunt, ex partibus ſecundum occiput ſanguine miſſo vna cũ Cucurbitulę vſu. Hęc Galenus: & in libro de Phlebotomia ſũma. ii. ca. vii. dixit, Secũdũ aũt eã dem rationem poſteriores capitis dolores incipiẽtes, & iuueneſcentes, q̃ in fronte, vena iuuat diuiſa: Nam Antiſpaſes quidẽ ſimul cum euacuatione fieri oportet magis in incipientibus Rheumatibus. Hęc Galenus. Idem in. xiii. Therapeuticę, diſt. iii. cap. xiiii. dicit. Pręterea Cucurbita in occipite defixa efficax eſt remedium ad oculorum fluxiones.

¶ Secũdã reſpõſionẽ adiũgis, cum primę nodũ ſoluere non cognoueris, & dicis, ꝙ regulæ illę verificant̃, quãdo intẽtio noſtra eſt ſolũ diuertere: In Pleuritide aũt dictum eſt, ꝙ nõ ſolũ intẽdimus diuertere, ſed euacuare, & magis a loco læſo, q̃ ab aliis partibus. Hęc tu.

¶ Cognouiſti ꝑfecto te nõ potuiſſe effugere, qñ in Apoſtemate requirat̃ diuerſio, quin per aliquam illarũ oppoſitionũ fiat: Et, qa in Pleuritico morbo cõcedis retractionẽ, ne tibi in tertio primę cõcludat̃, in eo fieri debere diuerſionẽ ꝑ aliquã illarũ, & ſic, cum fluat humor ad dextrum, retractio fiet ad ſiniſtrũ, & ecõtrario, ideo te ver

tis ad id, qđ ſumptũ eſt, cũ dicebať, In omni Apoſtemate, in quo fit diuerſio, ꝑ aliquã illarũ oppoſitionum fit, & hoc falſũ iudicas, niſi addať, Solũ, ſic dicẽdo, In om̃i Apoſtemate, in quo fit ſola diuerſio, ꝑ aliquã illarũ oppoſitionũ fit, & tũc ſub hoc ſumpto, non licet aſſumere Coſtalẽ morbũ Apoſtema eſſe, in quo ſola reqrať diuerſio, cũ in eo nõ ſolũ diuerſio, ſed etiã euacuatio reqrať.

¶ Sed mi Curti homo, ſiue ſolus, ſiue cũ Leone ſumať, ſemper in ſe rationalitatem includit; Sic & diuerſio, ſiue ſola fiat, ſiue cum ea etiã deriuatio, ſemper diuerſio claudit in ſe motum ad contrarium: Cur em̃ Galenus ĩ Apoſtemate oculi dextri, qñ Cephalicam brachii dextri incidit, nuncupat hãc ſanguinis miſſionem, diuerſionẽ, & deriuationẽ? niſi, quatenus eſt a ſuperiori ad infra, eſt diuerſio: quatenus aũt eſt ad latus particulę patiẽtis, eſt deriuatio. Stat igitur dictum Galeni. v. de ingenio, & in capite de Antiſpaſi, ꝙ in om̃i Apoſtemate, aut fluxu materię, in quo reqriť diuerſio, illa fieri debet ꝑ aliquã illarũ oppoſitionũ, ſiue ſola fiat, ſiue cũ ea ẽt fiat deriuatio.

¶ Tertia tua reſponſio talis eſt: Licet cõcedatur in om̃i Apoſtemate conuenire modum omnem diuertẽdi: quia, quo cum modo diuertatur materia, videtur cõuenire in prohibendo augmentum Apoſtematis, nõ tñ omnis talis diuerſio fieri debet cum Phlebotomia oppoſitæ partis: Poteſt enim trahi materia a dextro ad ſiniſtrum cum Frictionibus, Ligaturis, Ventoſis, non inciſa cute in parte ſiniſtra: Immo longe magis trahitur ad partem ſiniſtram materia ſic agẽdo, q̃ per Phlebotomiam Baſilicæ

ſiniſtrę,per quā potius euacuatˀ pars ſiniſtra,q̄ ad eā trahatur materia:Si enim valeret hoc argumentum,Materia fluit ad dextram partem,ergo in principio,cum intē dimus diuertere,eſt trahenda ad ſiniſtram cum Phlebotomia:Similiter valeret,iſta alia materia fluit ad ītus,ergo in principio eſt trahenda ad extra cum Ventoſis,ſuper locū cute inciſa:Ita enim ponit Galenus iſtam regulam:Si fluit ad intus,trahitur ad extra,ſicut ponit iſtam aliam,ſi fluit ad dextram,trahitur ad ſiniſtram,& tamē conſtat,ꝙ Ventoſa illa in principio nō cōuenit.Hęc tu.

❡Non videris amplius dubitare,an retractio fiat ꝑ cōtrarium,& oppoſitum:nec,quādo retractio fuerit neceſſaria,ꝙ per aliquam oppoſitionum fieri debeat: Sed,cū plura ſint medicinæ artis inſtrumenta,quibus retractio fieri poſſit,videlicet Phlebotomia,Cucurbitula,Ligatura,Frictio,& huiuſmodi,non videtur tibi,ꝙ Aduerſario liceat arguere hoc pacto: In Pleuritico morbo dextri lateris fieri debet diuerſio ad ſiniſtram,ergo in ſiniſtro fieri debet Phlebotomia: quia forte hęc nocumētum inferre poſſet,Sed Ligaturę,aut Frictiones,aut Ventoſæ iuuare:Id profecto verum eſt,quod aſſeris non eſſe neceſſario concludendū,videlicet in Pleuritico morbo neceſſaria eſt diuerſio,& in partem oppoſitam: ergo cū Phlebotomia : Sed,ſi Medicus in illo vniuerſali ſtaret , diuerſionem debere fieri per oppoſitum , nec ſciret, quibus inſtrumentis eſſet procedendum , profecto nunq̄ in opus retractionis deſcenderet : Iccirco Sapientes, vt retractio in opus deueniat , quærentes dixerunt,

Corpus hoc, quod coſtalem morbũ patitur, aut eſt plenum, quod plethoricum vocant, aut non: Si plenũ, tunc determinauerunt, quod inſtrumentum, quo facienda eſt diuerſio in oppoſitum, ſit Phlebotomia, huic innitentes rationi, ꝙ, ſi retractio fieri debet, & pars, ad quam fit retractio, plena ſit, non recipiet: Quod ſi venæ fiat inciſio in parte ſana, ab ea humorem vacuat, & a lęſa parte humorem attrahit, & abeuacuat: Euacuatio enim, vt ſupra dictum eſt, inquacunq; parte fiat, ab omni particula corporis attrahit. Quod ſi corpus, quod a morbo Pleuritico moleſtatur, minime plenum ſit, Sapientes conuenerunt, retractionem hanc fieri poſſe per ligaturas, & huiuſmodi in parte oppoſita: Hæc autem Sapientum decreta tuę aduerſantur concluſioni, cum dixiſti, Corpore exiſtente pleno in Pleuritide, fieri debet Phlebotomia in principio ex eodem latere, in quo eſt læſio. Sed, ſi tu placitis Sapientum minime adhæres, declares, quãdo cum Phlebotomia, quando cum alio ingenio ſit procedendũ in diuerſione facienda ad oppoſitum. Miror tamen, cum coactus ſis concedere diuerſionem eſſe faciendã in Pleuritide, & ꝙ diuerſio fiat ad contrariũ, cõcedaſque inſtrumentum diuerſionis in hoc eſſe Phlebotomiam, cur non obſeruas illã fieri in parte cõtraria, dictãte hoc Galeno?

¶ Proſequeris deinde hoc modo, & per hanc reſponſionem ſoluitur aliud argumentum, ꝙ, ſi non conuenit in Pleuritide facere Phlebotomiam oppoſiti lateris, minus conuenit in aliis Apoſtematibus: ergo nũq̃ faciẽda eſſet Phlebotomia ex oppoſito latere, nec trahenda materia

a dextro ad ſiniſtrum,nec ecõtrario : Dicitur em̃,ꝗ alio modo,vt dictum eſt,poteſt fieri diuerſio a dextro ad ſiniſtrũ, vel ecõtrario, q̃ cũ Phlebotomia:vel dici poteſt, ꝗ etiã quandoqꝫ conuenit Phlebotomia ex latere oppoſito,ſicut dicit Galenꝰ in.xiii. Therapeuticę diſt.ii.ca.v. exiſtẽte Apoſtemate in vno crure, Phlebotomia fieri debet in altero : Phlebotomia enim in eodem facta trahit materiam ad locum.Hęc tu.

¶Nos aũt,cũ hanc tuã reſpõſionẽ primã nõ remouere dubitationẽ aſſeruerimꝰ,in illa non vltra ꝓgrediemur: Sed aliam modo poſitam refutabimus: Si quandoqꝫ mi Curti diuertere licet per Phlebotomiam factã in latere oppoſito,& in Apoſtemate exiſtẽte in crure,cur nõ conuenit idem fieri in Pleuritico morbo? & quã ob cauſam ratio,quã adducis, ꝗ Apoſtemate exiſtẽte in vno crure, Phlebotomia fieri debet ĩ altero,nõ militat ĩ Pleuritide? videlicet qa miſſio ſãguinis facta ĩ eodẽ trahit humorẽ ad locũ.Iccirco, nulla reſpõſionũ exiſtẽte valida,quartã ponis,q̃ potius Galeno repugnat,q̃ eius mẽtẽ declaret.

¶Inquis enim,plus trahit a dextro ad ſiniſtrũ Phlebotomia dextri lateris,q̃ Phlebotomia ſiniſtri, vt declaratũ eſt,qa euacuato fonte magno ex parte dextra , riuuli partis dextræ fluunt partem ſiniſtram verſus.

¶Hæc reſponſio ea eſt,quã ſupra me nõ intelligere dixi,nec modo intelligo: Tamen,ſi id verum eſt, quod ſentis,& ob hoc potius fieri debet Phlebotomia in parte lęſa,cur Galenus in crurũ Apoſtemate non facit Phlebotomiã in parte lęſa,ſed ĩ parte ſana illi oppoſita? Rectũ

enim eſt dicere Galenum hoc ſciuiſſe, quod aſſeris: Et, ſi hoc melius fuerat, hoc modo fuiſſe operatum omnino credendum eſt. Cum aũt Galenus non in parte lęſa, ſed in parte ſana ſibi oppoſita venam inciderit, ergo nõ ſciuit/aut, ſi ſciuit, & aliter operatus eſt, calumniam patit̃, ſi hoc melius erat. Tu vero, q̃ eius doctrinę (& merito) es obſeruantiſſimus, quę eius opinioni ſunt cõſona, non ea, quæ diſſonãt, in medium adducere debes: Patet itaq; hãc tuam rationem primam, quam contra te adduxiſti, inſolutam eſſe, & tanq̃ validiſſimam, & maximo robore fundatam, Achillem dici poſſe. Nunc vero ad ipſum Hectora tranſeamus.

¶ Inquis tu: Solet ſecundo argui: in cura Phlegmones vtimur triplici euacuatione ex loco, vt clare Gale. vult in. ii. de febribus ad Glauconẽ capite. viii. & . iiii. Therapeuticę cap. vi. quod etiam ratione probatur: quia, vt habetur. xiii. Therapeuticę, in principio, in omni Phlegmone, quæ eſt in fieri, conuenit pręſeruatio quantum ad id, qđ eſt futurum fieri, quæ fit cũ diuerſione, & cura: quantũ ad id, quod eſt factum, quæ fit cum deriuatione, quãdo non eſt ægritudo antiquata: & cũ euacuatione ex loco, quando eſt antiquata: Cum igitur euacuatio diuerſiua præcedat deriuatiuam euacuationẽ, & Phlebotomia eiuſdem lateris ſit deriuatiua, oportet prius facere Phlebotomiam oppoſiti lateris.

¶ Hęc ratio tua vir clariſſime eſt efficaciſſima, & mera veritas, qđ magis apparebit, & facilius cognoſces, ſi conſideraueris, quã parum Galeni mentem attingat reſpon

ſio tua,Cum inquis:

¶ Reſpondetur ad hoc argumentū, ꝙ indicatione ſum pta a materia fluente,& quę fluxit,ſine dubio prius materia fluens eſt diuertēda,ſecūdo materia, quę fluxit,eſt deriuanda: Tamen indicatione ſumpta a loco,vbi materia facit Apoſtema,contingit aliquando,ꝙ eadē euacuatio eſt diuerſiua,& deriuatiua:Dicit em̄ Galenus clare ī ii.de febribus ad Glauconē cap.viii.ꝙ,qn̄ materia eſt in capite,faciēda eſt Phlebotomia in Cephalica eiuſdē lateris,ſiue diuertere, ſiue deriuare volueris : Secus eſt in Apoſtemate Matricis : quia,ſi in eo volumus diuertere, facimus Phlebotomiā in Baſilica eiuſdē lateris , ſi vero deriuare, fieri debet ī poplite etiā eiuſdē lateris:Eodem modo dico ī Pleuritide,ꝙ Phlebotomia eiuſdē lateris ē diuerſiua,& deriuatiua:Et ita patet,ꝙ indicatio ſumpta a mēbro lęſo vincit īdicationē ſumptā a materia, prout fluēs eſt,aut fluxit:Nec ſemꝑ fieri debēt duę Phlebotomię,q̄rū vna ſit diuerſiua,& altera deriuatiua.Hęc tu.

¶ Sed cur tam recte opinionē Galeni noſti, nec tn̄ eam (vt decens erat) defendiſti? nō potuiſti efficaciorē,atqꝫ clariorem rationē adducere ꝑ veritate,& Galeni mēte, q̄ ea ſit,q̄ adducta eſt:quod facilius cognoſces reſpōſione tua diruta. Non ne Galenus citato loco ad Glauconē dixit,fluētis humoris medelā eē retractionē,&eius,q fluxit,medelā eſſe deriuationē? vere dixit hoc,&,indicatione ſumpta ab humore monuit hoc,vel illud eē operādū:non ne & ex his , q̄ dicta ſunt , apparet prius debere Medicum executioni mādare humoris fluentis medelā?

quo perfecto ope,& nõ eodẽ die,eius,qui fluxit:oĩa pa tẽt ex ſupradictis :Fateor tamẽ hęc in opus minime du ci poſſe,& recte,niſi patiens locus,& eius poſitio cogno ſcatur,vt ſciat Medicus,vnde, & quomodo prius retra- ctionẽ,deĩde deriuationẽ facere debeat:Qui enim retra- here vult,duo intẽdit,& a duobus cõſenſum ſumit, intẽ dit enim humorem fluentẽ, & illũ ducere ad contrariũ locũ loco particulæ patientis:hoc autẽ recte facere non poteſt,niſi ſciat ſitum particulæ patientis:quo cognito, conſiderabit an locus iſte patiẽs,& ad quẽ humor fluit, ſit ſuperius,an inferius:dexter,an ſiniſter:Et tũc vel Phle botomia, vel alio adminiculo hunc fluentẽ humorẽ ad contrarium locum particulæ patientis vertet:Aliter nõ eſſet expleta intentio medentis humori fluenti:Cum ve ro medelam adhibere voluerit humori, qui fluxit, quæ poſt retractionẽ ad finem perducit,deriuationem faciet per venę inciſionem ſecundũ rectitudinem patiẽtis par- ticulę,& ad latus:hoc enim exigit deriuationis opus: & ſic apparet, ꝙ patiens particula in ambobus operibus cõſideretur,nõ ꝙ patiens locus indicet,& cõſenſum det Medico,ꝙ fiat retractio,aut deriuatio: hæc enim indicã tur ab humore,qui fluens eſt,aut,qui fluxit: & hęc a tẽ- poribus Apoſtematum indicantur. Cum igitur Medi- cus fixerit prius animo ſuo, ꝙ modo adhibenda eſt hu- mori fluenti medela,quia Apoſtema eſt in principio,mo do vero applicanda eſt medela humori, qui fluxit, ſcili- cet deriuatio, quia Apoſtema eſt in ſtatu,& fluxio reſti- tit, tunc perquirit locũ, ad quẽ vult retrahere,vel locũ,

per quẽ vult deriuare,& hũc ipſum docet particula pa-
tiens:Inquit igitur ſapiẽs Medicus modo,quia in prin-
cipio intentio mea eſt humorem fluentẽ retrahere, hoc
autẽ fit ad cõtrariũ particulę patientis,ſed talis particu
la patiens eſt in dextro,ergo tale retractionis opus fieri
debet in ſiniſtro:Oportet igitur,vt Medicus prius ani-
mo ſuo firmet,an retrahere,an deriuare velit,in hoc aũt
conſenſum habebit a tẽporibus morbi, vt,ſi Apoſtema
fuerit in pricipio,in quo tẽpore materia fluit,animo ſuo
figat retractionẽ: Si vero fuerit in ſtatu,in quo humor
fluxit, figat deriuationẽ:& his animo ſuo reuolutis, &
ſtabilitis cõuertet ſe ad particulã patientẽ,& ab ea con-
ſenſum capiet,ex quo loco, & per quam venam fieri de-
beat opus illud retractionis,aut deriuationis: Indicatio
igitur ſumpta a particula patiẽte nõ habet introitũ ad
inſinuandum Medico,ꝙ retrahat,aut deriuet,quę prius
ſunt cõſideranda a Medico,q̃ per quã venam,aut in qua
parte ſit faciẽda retractio,aut deriuatio:Quid igitur eſt
id,qđ a te dictũ eſt,ꝙ indicatio ſũpta a mẽbro lęſo vin-
cit indicationẽ ſumptã a materia,prout fluẽs eſt,aut flu
xit? Si enim intelligis, ꝙ nulla indicatio ſit a materia,ꝓ
ut fluẽs,aut fluxit,profecto id contra Galeni decreta di
ctum eſt,qui vult,vt ſupra oſtenſum eſt,Medicũ habere
duplicem ſolicitudinem,vnã ad fluentem humorem, al-
teram ad eum,qui fluxit:& fluentis humoris medela eſt
retractio,eius vero,qui fluxit,deriuatio:a materia igitur
fluente Medicus præſeruatiuus capit indicationẽ diuer
tendi: ab humore autem,qui fluxit, Medicus curatiuus

ſumit indicationem deriuandi: & ſic vtrunq; conſiderat, & ab vtroq; capit conſenſum ſui operis, & quid acturus ſit: Si vero intelligis, q̄ indicatio ſumpta a membro læſo vincit indicationem ſumptam a materia, vt flués, aut fluxit: quia indicatio ſumpta a materia, prout flués, aut fluxit, non prębet conſenſum de qua uena, aut de quo loco fieri dębeat miſſio ſanguinis, ſed ſola particula patiens hoc indicat: concedimus profecto id eſſe Galeni placitum. Sed particula patiens nunq̄ dabit aſſenſum, quod ex contrario, aut ad latus Phlebotomiam facias, niſi prius animo tuo conſtitueris, an diuertere, an deriuare volueris, qđ ab humore, prout flués, aut fluxit, indicatur. Si igitur tibi conſtiterit eſſe diuertendum, particula patiens, & eius poſitio indicabit locum contrarium: Si deriuandum, locum ad latus: vtriuſque igitur opus eſt Medico conſiderationem habere: Nec vna indicatio aliam vincit, cum vtraque ſit neceſſaria. Nec me latet quandoq; Phlebotomiam eſſe retractiuam, & deriuatiuam reſpectu particulæ patientis, ſicut recte in exemplo fuit inductum, vt in dolore capitis Phlebotomia facta ex Cephalica eiuſdem lateris, cum quo eſt dolor, Licet ea Galenus vtatur, vt diuerſiua: quia talis Phlebotomia habet ad particulā patiētē eā contrarietatē, q̄ eſt ſuperioris ad īferius, Qua ratione illa Phlebotomia dicit̄ diuerſiua, eſt etiam ſecundum rectitudinē patiētis partis, ob qđ dicitur, & nominat̄ deriuatiua Phlebotomia: Hęc aūt duo nō reperiūtur, quādo in Pleuritico morbo venā incidis ex eodē latere cū patiēte particula: licet eñ

ſit ſecūdū rectitudinē patiētis loci,qđ requirit deriua-
tio,tñ nulla eſt ibi oppoſitio,qđ retractio exigit:particu
la enim patiens videlicet Pleura,& vena inciſa in media
ſunt regiōe,& ideo nulla eſt ſecūdū ſuperius,& inferius
oppoſitio:Sūt etiā ī eodē latere ſcđm dextrū,& ſiniſtrū,
ergo nulla ibi erit oppoſitio,ergo nulla diuerſio.Pricipa
lis itaq; ratio,ꝙ in ſuo robore permaneat, manifeſtū eſt.
¶Proſequeris deinde vnū ſcribēdo maxima admiratio
ne dignū:Inquis enim,ratio diuerſitatis eorū,quæ dicta
ſunt,eſt,quia,cum Apoſtema ſit in partibus ſuperiori-
bus,ſicuti in capite,ſumus certi,ꝙ materia fluit a deor-
ſum in ſurſum:quia maſſa materię eſt in vena Cœle,ſeu
in trūco corporis: Et ita certi ſum9,qa Phlebotomia de-
ſum trahēs eſt diuerſiua:Et ſimiliter,cū ſit Apoſtema in
Matrice,vel mēbris inferiorib9, certi ſum9, qđ materia
fluit a ſurſū ī deorſū,& ꝙ Phlebotomia Baſilicę trahens
ſurſū ē diuerſiua:In genu aūt,vel pede ē deriuatiua:Nō
ſic eſt in Pleuritide:qa,cum ſit Apoſtema ī medio pecto
ris,pōt materia vndiq; fluere:Et,qa nō ſum9 certi,vñ flu
at,neceſſe ē,vt neſciamus,q̄ ſit vera Phlebotomia diuerſi
ua,q̄ tūc diuertat,& trahat ad locū cōtrariū:Et ꝑinde di
cebat Galen9.ii.re.acu.cōmēto.x.ꝙ in Pleuritide ītētio
nr̄a eſt plus euacuare a loco lęſo,q̄ ab aliis mēbris,& ex
cōſequēti faciēda ē Phlebotomia eiuſdē lateris Hęc tu.
¶Dic(quęſo)vir clariſſime,vbi docuit Galen9 nos ſci
re debere locū,a quo incipit humor fluere:Et quod iuua
mentū prȩſtat huius loci cognitio? Forte dices Galenū
docuiſſe diuerſionem fieri ad contrariū,ideo decet ſcire,

ſi humor a ſurſum in deorſum fluit, aut econtrario, vt a deorſum in ſurſum reducatur, & econtrario: timentes enim Apoſtematis augmentum neceſſe eſt ſcire locū, a quo incipit humor fluere, vt ad eundem per motum cō trarium redeat, & tumoris augmentum vitetur.

¶Galenus profecto nunq̄ docuit nos ſolicitos fieri in humoris reditu, niſi ꝑ remedia appoſita in particula pa/ tiente: Sed monuit, vt fluens humor ad cōtrariā partem particulę patiētis retrahat̃, & ob id eſſe neceſſariam co gnitionem particulę patiētis, ſitus, & poſitionis, non lo/ ci, a quo cœpit humor fluere: Si em̄ hoc verū eſt, qđ aſſe ris, neceſſariam eſſe loci cognitionē, a quo cœpit humo ris motus, vt ad eundem fiat humoris reditus, ratio du/ ceret ad incommodum: Fluēte em̄ humore a ſuperiori, aut ab inferiori, aut a ſiniſtra parte, exiſtēte lęſa dextra, Baſilicę dextrę inciſio in eodē latere nō cōpeteret: Hæc em̄ venę inciſio, nō facit humorē redire ad locum, a quo cœpit fluere, ſed potius ad locū lęſum vndequaq; trahit humorē: Nā Baſilicę dextrę inciſio trahit ab īferiorib9, vt patuit per te in Apoſtematibus Matricis, trahit etiā a ſupioribus, vt patuit in dolore capitis phlebotomata Cephalica, & a fortiori Baſilica, trahit etiā a ſiniſtris: Er go vndecunq; trahit: ergo ad nullū locū facit redire hu morē, a quo fluere cœpit, Sed poti9 ipm ab vnoquoq; lo co trahit ad partē lęſam: Et ſic Phlebotomia, q̄ ꝑ te cōce dit̃ ab Hippo. & Gal. eſſet īcōueniēs, & nociua, ſi fieret in pricipio, & nullo mō faciēda: Sed, ſi ī ſiniſtro fiat late re, & ꝑte ſana, vn̄cūq; fluat materia, recte oꝑamur ihibē

do,vt nec a ſuperiorib9,nec ab inferiorib9,nec a ſiniſtris humor fluere poſſit ad partẽ lęſam: quia illa Phlebotomia ab om̃i ꝑticula corꝑis attrahit ad ſiniſtrũ loco dolẽti oppoſitũ,&cõtrariũ,& hoc eſt,qđ nos Galenus docet.

¶Sed tu reſpõdeas quęſo cũ hac tua incertitudine loci, a quo humor fluit,cur potius te ad partẽ lęſã, q̃ ad partẽ ſanã vertis,ibiq; phlebotomas neſciẽs an ręcte,an perperam opereris,& ſupra manifeſte dixeris, ꝙ Phlebotomia facta in eodem trahit humorem ad locum?

¶Dicis tu,Galenus ſic nos docuit.ii.re.acu. Nõ credas Galenũ cũ tali incertitudine ſic vſum fuiſſe:Sed ſępe diximus,ꝙ Phlebotomia,quã pręcipit Galenus in particula lęſa,eſt ea,quę deriuatiua dicit̃,&,quę in ſtatu fit,non diuerſiua,&,q̃ in principio fit: Cũ aũt cõmunis practicãtiũ medicorũ ſchola diuerſiuã facit in parte ſana, decreta tũ Hippo.tũ Galeni obſeruat,qa ad locũ patiẽti particulę cõtrariũ vertit fluentẽ humorẽ,vndecũq; fluat ille:Nulla igit̃ eſt ratio diuerſitatis in Apoſtemate Pleuritico,& aliis Apoſtematibus,quia in omnibus,cũ diuerſio ĩ pricipio faciẽda ẽ, ad oppoſitã partẽ lęſę particulę fiat:Licet forte nõ idẽ genus oppoſitiõis obſeruetur, qa in aliquib9 fit diuerſio ſecũdũ ſuperius,& inferius, vt in Apoſtematib9Matricis,& in dolore capitis,quãdo phlebotomatur Cephalica,in aliquibus vero ſecũdũ dextrũ, & ſiniſtrũ,vt in hoc genere Apoſtematũ:Vel,ſi expreſſã Prĩcipis ſentẽtiã imitabimur,fiet ſecũdũ ſuperius, & inferius:Sed,vtcũq; ſit,ſtat ſẽpiterna veritas decreti Hippocratis,& Galeni,videlicet retractio,q̃ medela eſt fluẽ

tis humoris,ad cõtrariam partem particulę patiẽtis fit.
Hac eadem via remanet efficaciſſima, & in ſuo robore munita ea,quæ a te tertio loco contra te adducitur, ratio:Icci rco ad quartã deſcẽdamus,quę ĩ tuẽda Medicorũ practicantiũ phalange a me Hercules eſt nominata.

¶ Quarto adducitˀ validiſſima Galeni authoritas:Inq̃s em̃, diuerſio eſt faciẽda ad lõgiſſima.xiii.Therapeuticæ diſtinct.ii.cap.iii.ergo nõ ex eodẽ latere,ſed poti9 ex Saphena:huic reſpõdes primo,ꝙ diuerſio cõuenit materiæ fluẽti: &, quia in Pleuritide neſcimus locũ, vnde materia fluit,ideo neſcimus,ad quam partem ſit diuertenda: Et propterea facimus Phlebotomiam eiuſdem lateris.

¶ Hæc tua reſponſio eadem patitur vulnera,quę ſuperior:nõ enim ſciẽdus eſt locus,a quo humor cœpit fluere:Sed cognoſcendus eſt locus læſus, vt ad contrarium illius trahatur humor,vndecunq; fluat: In Coſtali morbo facile Aegrotans cognoſcit particulã patiẽtem: hęc igitur reſponſio nulla eſt:Sed pluries rem vtilem repetere non eſt ab re.Cur locum, a quo cœpit humor fluere,deſideras cognoſcere? dicis, vt ad eundem faciam redire humorem:Sed cur hoc? niſi vt eundem a loco læſo abigas : Cur igitur Phlebotomiam facis ex parte læſa, cum per illam,vt dictum eſt,nec ad locum,a quo cœpit humor fluere,vndecunq; fluat,ipſum redire facis : nec a patiente particula fluentem humorem,tanq̃ moleſtum, odioſum,atq; damnoſum fugas,& abigis:Immo ab omni corporis parte tum ſuperiori,tum inferiori,tum a ſana illi oppoſita humorem trahis : Cognoſcas itaque mi

Curti poſitum particulæ patientis, & fluentem humo-
rem ad contrariam partem ſanam trahas, vndecunq; flu
at, & tunc a parte læſa fugabis damnoſum humorem,
quod eſt Medici medentis propoſitum primum, & in
corruptam, & perpetuam ſeruabis Hippocratis, & Ga-
leni placiti veritatem, cum dixerunt, retractio fit ad con
trarium.

¶ Secundo reſpondes, ꝙ diuerſio fit ad longiſſima, cũ
hoc tamen, ꝙ diuertatur materia fluens, modo Phlebo-
tomia facta in Saphena eſt tam ad longiſſima, ꝙ nihil
diuertit de materia, quæ eſt in vena Cœle, quæ fluit ad
Apoſtema.

¶ Hæc tua reſponſio pluribus modis peccat: In primis
enim, ſi tibi conſtare vis, non turbat Galeni decreta, qui
nunq̃, vt aſſeris, mentionem fecit Saphenæ: Sed potius
Principem taxat, cum dixit nos feſtinare ad phleboto-
mandum illam: Sed in noſtra hac diſputatione non eſt
in Arabas propoſitum primum.

¶ Peccat iterum hæc ratio tua, cum longiſſimam diuer
uerſionem voces eam venæ inciſionem, quæ Saphena
eſt, in dolore Pleuritico: nam, ſi in eodem fiat latere,
vt fuit Principis præceptum, non video diſtantiam eſ-
ſe, niſi ſecundum vnam diametrum, & etiam in com-
pletam, quem etiam modum quandoque natura ob-
ſeruat, cum indicat Hepatis Apoſtema per fluxum ſan-
guinis narium ex dextra nare, & commode, & apte fa-
cit: licet etiam ſit ponenda maior diſtantia a regione,
in qua poſitum eſt Hepar, quæ eſt infima ad regionem,

in qua nares ponuntur,quæ eſt ſuprema,inter quas ponitur media, & difficilius ſit naturæ ſanguinem ad ſuperiora mouere,q̃ arti a ſuperioribus ad inferiora attrahere. Neq; etiam inuentus fuit vnq̃ Galenus,qui diſtantiam per vnam diametrũ caperet,& infamaret: Sed eã,q̃ eſt ſecundum duas,vt ſæpe dictum eſt,cum non ſit ſecũdum rectitudinem patientis partis.

¶ Eſt & tertio hæc ratio tibi moleſta,nam,ſi Phlebotomiam concedis diuerſiuam ad tantam diſtantiã,in quãta poſſit fieri fluentis humoris diuerſio,cur negabis eã, quæ eſt a dextris ad ſiniſtrum? Et maxime cum Galen9 ea vſus fuerit ĩ Apoſtemate crurũ,Tu quoq; ſupra affirmabas fieri poſſe diuerſionem talem,qñ ſola intenditur diuerſio:Concedebas quoq; plus trahere a dextris Phlebotomiam factam in dextris,q̃ eam,quæ in ſiniſtris: Tu autem abuſus eſſes comparatione,niſi ea,quæ eſt in ſiniſtris,attraheret a dextris : Et,ſi hoc,cur fieri igitur non poſſit? Et,ſi Galenus conceſſit Phlebotomiam Baſilicæ trahere in contrariũ, Apoſtemate exiſtẽte in Matrice,& Cephalicam a capite,cur & Baſilica dextra non attrahet a ſiniſtra,& econtrario? Profecto mi Curti hæc ratio pluribus modis te angit,& torquet: Nec credas Principẽ tacere,& tibi manus dare,ꝙ ob id neganda ſit Phlebotomia Saphenæ,qñ incipit Aegrotus a morbo Pleuritico infeſtari,quia lõgiſſima ſit,& non trahat materiã fluentem : tuebitur enim ſe præceptoris ſui placitis,qui diuerſiuam Phlebotomiam factam ſecundum rectitudinem patientis lateris , & per vnam diametrum lauda-

uit, & faciendam eſſe monuit, atq; præcepit, & ſcriptis reliquit, Et ꝙ phlebotomia, in quocunq; loco fiat, ab ea parte, in qua fit, euacuat, & ab omni corporis particula attrahit, Cui etiam motui ſuffragatur naturalis motus humoris, qui ſua grauitate deſcendit: Plura itaq;, & letalia vulnera patitur hæc ſecunda reſponſio: Ad tertiam accedamus.

¶ Dicis, ꝙ illud dictum intelligitur, quando intendimus tantum diuertere: Et hoc eſt in cura præſeruatiua: quia, quando incipit Apoſtema (pręcipue doloroſum) intentio eſt non ſolum diuertere, ſed educere ex loco læſo, & hoc fieri non poteſt per Phlebotomiam factam ad longiſſima: & ideo hanc ſententiam, ꝙ ſit diuerſio facienda ad longiſſima, quam ponit Hippocrates in libro de natura humana nouiter impreſſo cum commẽto, Galenus exponit eam non eſſe intelligendam, cũ incipit fieri Apoſtema, ſed in cura pſeruatiua. Et ſubdis, qđ etiam colligitur in textu de phlebotomia, doctrina ſecunda ſummę.ii. capite.v. &.xiii. Therapeuticæ loco ſupra allegato, poſt, q̃ dixit diuerſionem eſſe faciendam ad longiſſima, ſubiungit: qđ dixi, patet in tractatu de tuenda valetudine, & in tractatu de Phlebotomia, & de medicinis purgantibus: Hæc tu.

¶ Quanto plures reſponſiones das mi Curti huic rationi, quam Herculem nominaui, tanto videris facilius a placitis Sapientum deuiare: Sed (oro te) a propoſito non diſcedamus: In quo quærimus an in Coſtali morbo competat diuerſio, non dico longiſſima, ſed

tanta,quanta eſt ab humero ad humerum, a dextro ad ſiniſtrum, & e contrario: Tu dicis longiſſimam conuenire, quando medicus intendit ſolum diuertere: Sed, ſi cum hac propoſitum habeat educendi, & euacuandi a loco læſo, non poteſt hoc fieri per Phlebotomiam factam ad longiſſima: Quid autem per longiſſimam diuerſionem intelligas: &, ad quantam diſtantiam contrariam fieri debeat Phlebotomia, non declaras: Ego vero ſapientum præcepta mente reuoluens aſſeram illam eſſe, quæ ſecundum duas fit diametros, quam Galenus in ægritudinibus infamauit timens virtutis diſſolutionem: An vero hæc conueniat ſanis paratis, & conſuetis in ægritudines cadere, non eſt præſentis laboris hoc diſcutere: In eo vero diuerſionis genere a ſapientibus comprobato eam voco longiſſimam, quæ per vnam fit diametrum completam: Sed eo ſermo redeat, vnde ortum habuit: Cur non approbas venæ inciſionem in parte ſana in ea oppoſitione, quæ eſt a dextro ad ſiniſtrum, & econtrario? Dicis, quia talis diuerſio fit eo modo, quando ſola intenditur diuerſio: Sed in Pleuritico morbo requiritur non ſolum diuerſio, ſed euacuatio a loco læſo: Iccirco in parte læſa, & non in ſana fieri debet Phlebotomia: Sed mi Curti nonne conceſſiſti Phlebotomiam Cephalicæ dextræ, oculo dextro patiente, eſſe Phlebotomiam diuerſiuam, & deriuatiuam? & tamen Phlebotomia iſta non eſt ſimpliciter in parte læſa, quæ

eſt ſuperior ad locum venæ inciſæ: Dices tu, eſt in parte læſa, quia in dextra: optime dicis, & ob id ſaluatur ratio deriuationis: Sed non ſaluatur ratio diuerſionis, ſi ibi nulla eſſet contrarietas: Et iccirco conceſſo, quòd ibi ſit non ſola diuerſio, ſed etiam deriuatio, tamen ad ſaluandam rationem diuerſionis oportet, quòd cadat oppoſitio aliqua, quod in modo tuo phlebotomandi in Pleuritide non obſeruetur.

¶Quæro etiam a te Curti, quando Galenus, Apoſtemate exiſtente in crure dextro, fecit Phlebotomiam in ſiniſtro, fecit ne diuerſiuam tantum, an diuerſiuam, & deriuatiuam? Non diuerſiuam tantum, quia hæc per te in opere fit præſeruatiuo, & quando Apoſtema non incipit fieri, & talis etiam per te fit ad longiſſima: Sed, ſi diuerſiuam tantum intendebat, vt coactus es a veritate confiteri, cur in Pleuritico morbo idem facere non debemus, in quo nullam aſſignamus oppoſitionem, niſi eam, quæ eſt ſecundum dextrum, & ſiniſtrum, qualis eſt in eo genere Apoſtematis crurum? Quod ſi diuerſiuam, & euacuatiuam intendebat, ſicut in Phlebotomia Cephalicæ dextræ oculo dextro patiente, quare hoc idem non obſeruas in Pleuritico phlebotomando in parte ſana, non parte læſa, vt fecit Galenus: & fiet diuerſio, & euacuatio.

¶Cur etiam mi Curti non es naturæ æmulus, quæ, cum iudicat Hepatis Apoſtema per fluxum ſanguinis

narium ex parte dextra, vno, eodemq; tempore diuerſionem facit, & euacuationem, nec ipſi obſtat oppoſitio ſecundũ ſuperius, & inferius? Dices tu, timeo multiplicare Phlebotomias, cum hoc minime ſit neceſſarium, videlicet facere diuerſiuã in oppoſito loco, & deriuatiuam ex eodẽ: Oro, ne timeas Curti: Galenus eñ libello de Phlebotomia .ii. ſumma. capite. vii. dixit: Quicunq; ſecundum Pharyngem, & Arteriam phlegmænant valde, in principio quidem, quæ ſecundum cubitum, Phlebotomia: poſt eam vero, quæ ab ipſa lingua, auxiliatur multum, inciſis ambabus, quæ ſub ipſa, venis: Hæc Galenus, qui nõ vtitur prima, vt deriuatiua, ſed vt antiſpaſtica, & diuerſiua: Phlebotomia autem venarum ſub lingua vere deriuatiua eſt, nec vno die fiũt, ſed interpoſitis diebus, vt diximus: Non enim credendum eſt in eodem die Apoſtema currere per omnia ſua tempora vniuerſalia, & ideo non totam intentionem, quæ duplex eſt, diuerſio, & deriuatio, vno die expleri: Sed prima in principio, ſecunda in ſtatu: Seruat igitur incorruptam, & perpetuam veritatem propoſitio illa: Retractio fieri debet ad longiſſima, nec quod a te additur, vbi ſcilicet ſola intenditur diuerſio, tuæ opinioni quicq̃ patrocinatur: De his hactenus.

¶ Quod vero vlterius ſcribis, illud dictum, diuerſio fit ad longiſſima, intelligi, & veritatẽ habere in cura pręſeruatiua, & nõ, quãdo incipit Apoſtema, hoc (inquã) falſum mihi apparet: Nam Galenus .xiii. Therapeuticę

citato loco eã aliter intelligere videtur: Ibi enim ſe curaſſe fatetur quoſdam, quibus oculi tentari Phlegmone cœperant, ſola purgatione per aluum, & addit: quãobrem, ſi quis in Iocinere, cũ Phlegmone laborare incipit, tentet, maximam excitabit Phlegmonen, & adducens cauſam ſubiunxit: Siquidem longiſſime a tentata fluxione parte auellere, nequaq̃ ad eam trahere conuenit: In hoc loco patet diuerſionem, quã mandauit eſſe faciendam ad longiſſima, fuiſſe, quando iam Phlegmone incepit, & vſui mandari iuſſit paulo infra, cum dixit: Illud enim patere (vel me tacẽte) arbitror, eum, cui crura Phlegmone laborant, non eſſe vel ambulatione, vel curſu excitandum: Sed nec ſtare illi iubendum, immo ſedẽti plurimũ fricari, mox manuum motu excitari illi ſatius eſt. At, ſi cui in ſupernis partibus cœperit pars aliqua Phlegmone tentari, huic motus ex ambulatione, aut curſu eſt ſalutaris: Et cauſam aſſignans dixit: Quippe præceptum in contrarium auerſionis in omnibus talibus commune eſt: Quis eſt, qui dubitet diuerſionem hanc eſſe ad longiſſima? & eam præcepiſſe Phlegmone incipiente? Sed paulo poſt dicit, ſed ad partes, quę maxime longinquæ ſunt, auerſionem facies, æſtimata Phlegmones magnitudine, tum corporis totius ſtatu: Quomodo igitur proloquium illud non verificatur, quando incipit Apoſtema, ſi fieri illud dicat, æſtimata magnitudine Phlegmones?

¶ Cum vero adducis Hippocratis authoritatem, qui in ſuo libro de humana natura nouiter impreſſo cum

commento Galeni dicit, ꝙ diuerſio fieri debet ad lon-
giſſima, concedimus: At, cum dicis, ꝙ Galenus in com
mento aſſerit illam propoſitionem Hippocratis nõ eſ-
ſe intelligendam, cum incipit fieri Apoſtema, ſed in cu-
ra præſeruatiua, hoc audacter negamus: non enim in-
uenies Galenum hoc dicentem: Sed, ꝙ Galenus in cõ-
mento dicit, eſt: Quod, cum Hippocrates non definie-
rit, vtrum, dolentibus iam membris, velit longe retra-
ctionem fieri fluentium humorum, an tempore ſanita-
tis, in hoc poſſet quis Hippocratem accuſare: Sed,
in quibus fuerit Hippocratis mens, declarat dicens:
Mihi quidem videtur magis de Sanis dictum eſſe, &
cauſam huius iudicii adducens dixit: Volente ſcriptore
propter hæc aſſueſcere in alias particulas ferri abun-
dantes humores, hęc Galenus: Ex quibus non habetur,
ꝙ propoſitio Hippocratis non verificetur, quando in-
cipit Apoſtema. Quinimmo a Galeno habetur, ꝙ retra
ctio ex eadem fit vena in homine ſano, conſueto pati
in aliqua parte corporis, ex qua fit, quando in illa par-
te incipit pati: hoc enim manifeſtum eſt legenti librum
de Phlebotomia ſumma .ii. capite .vii. cum inquit: In qui
bus autem corporibus vlla nondum patitur particu-
la, præuenimus euacuare vere immittente: In his ſi
quidem aſſuetis hominibus ægritudinibus capi febri
libus, hora æſtatis euacuare abundantiam eorum affe-
ctamus: omnis pars in ablationem ſanguinis æque pre
tiabilis eſt, id eſt ęque honore digna: quemadmodum
deinde & ſi Arthriticus fuerit quis omnibus articulis

patiens: poſtea ſubſequitur: Quibus vero aliqua particula præcipue moleſtatur, non præeuacuatis non oportet facere euacuationem æque pretiabilem ex omnibus particulis, ſed, ſicut incipientibus iam pati, & dat exemplum dicens: Quocirca Podagricos quidem a cubito oportet euacuare, Epilepticos vero, & Scotomaticos a cruribus magis: Ecce igitur, ꝙ Galenus docet, ꝙ ex eadem vena retractionem facias in ſano, conſueto pati in aliqua particula corporis, & in eo, in quo iam talis particula incipit pati: Et hoc profecto eſt veritas, ꝙ illa propoſitio, Diuerſio fit ad longiſſima, & in ſanis, & in his, in quibus incipit Apoſtema, habet veritatem, vt ſupra fuſius in ægrotare incipientibus Galeni exempla manifeſtarunt: Et ob id, ꝙ tam in ſanis, q̃ in ægris verificatur, ꝙ diuerſio fit ad lõgiſſima, Galenus citauit eam in libro præſeruatiuo, & de tuenda valetudine, & in libro curatiuo, vt. xiii. Therapeuticæ: Et ob id etiam dicit in tali commento, ꝙ quis poſſet accuſare Hippocratem, ꝙ non definiuit, vtrum, dolentibus iam membris, velit longe retractionem fieri fluentium humorum, an tempore ſanitatis: & ipſe Galenus ſoluens hanc dubitationem voluit, quòd, licet tam de ſanis, quàm de ægris ſit verum, quòd diuerſio fit ad longiſſima, tamen Hippocrates intellexit ſermonem ſuum in ſanis: & adducens cauſam ex dictis in caſu Hippocratis dixit, quia voluit Scriptor Hippocrates, quòd propter talem diuerſionem ad longiſſima, humores abundantes aſſueſcant

ferri in alias particulas: dicebat eñ Hippocrates : Sic enim magna mutatio repente non fiet, conſuetũq; mu- tabis, ne amplius illic coeat: Hæc Hippocrates. Patet igitur q, cum in ægrotare incipientibus nõ faciamus diuerſionẽ, vt humor ille conſueſcat ferri ad alias parti culas: ſed vt inhibeatur pro tunc augmentum Apoſte- matis, iccirco dictũ Hippocratis debet verificari, & ac- cipi ꝑ ſanis, & nõ pro ægrotis: licet etiã in ægrotis, cũ ſit, diuerſio fieri debeat ad lõgiſſima, cõſiderata magni tudine Phlegmones, & totius corporis ſtatu, vt ſupra ex Galeno. xiii. Therapeuticæ fuit inductũ. In cæteris autem rationibus contra te inductis non immorabor, cũ in manutenenda opinione Galeni, & cõmuniter pra cticantium numerus ternarius virorũ illuſtriũ Achil- lis, Hectoris, & Herculis ſufficiẽtiſſimus ſit. Hęc itaq; ſint, quæ ad mentem Gręcorum ſcribere placuit.

¶ Nunc vero iam tempus eſt receptui canere, qđ liben tiſſime exequar, ne librum potius, q̃ epiſtolam ſcribere aggreſſus videar, ſi pauca admodum in opinione Ara- bum dixerim, ne etiam ipſi diſſoni, & minime confor- mes præceptoribus ſuis, & alieni videantur ab eo, qđ ſapientiſſimi, & vetuſtiſſimi Medici ſcriptis reliquerũt. Ais tu Raſim voluiſſe, in Pleuritico morbo, vt pluri- mũ eueniente, faciẽdam eſſe phlebotomiam ex eodem latere: In corpore autem multo ſanguine repleto, quod vt in paucioribus reperitur, phlebotomia prius fiat ex oppoſito: deinde ex eodem: & inquis, q Saphenæ non meminit, vt Princeps, quia de deriuatiua tãtũ, & nõ de

retractiua intendebat:& ſubdis, ꝙ Raſis viſus eſt Galeno diſſentire, quando phlebotomiam retractiuam ex oppoſito latere præcepit Raſis, Galeno hoc negante, forte quia opinatus eſt Galenus, ꝙ per phlebotomiam ex oppoſito latere diſſoluitur virtus ſine iuuamẽto, vel non euacuatur humor in loco lęſo contẽtus: cui Raſis reſpondebit (vt inquis) minime timere virtutis diſſolutionem, quãdo corpus multo ſanguine repletum ſit. Nec eſt mihi curę, dicet Raſis, ſi duę fiunt venę inciſiones, interpoſitis diebus in tali, quale eſt ſanguineũ corpus: In hoc enim virtus multa cõſeruatur: Sed in coſtali morbo a Cholera vis Raſim voluiſſe miſſionẽ ſanguinis fieri ex eodem latere: & aſſeris, ꝙ huic opinioni ſubſcripſit Princeps, pręterq̃ ꝙ Princeps Saphenę meminit: Hæc (inquam) mi Curti menti meæ non ſunt omnia conſentanea: placet valde, qđ dicis, Raſim, cum ſcripſit, ꝙ in Pleuritide vt plurimũ eueniente, & a Cholera, ſit phlebotomia ex eodẽ latere, intellexiſſe de deriuatiua, & non de diuerſiua: Sed Raſim ſolum a Galeno differre, quia Galenus nũq̃ diuerſiuam ex oppoſito pręcepit, qđ Raſis in ſanguinea fieri iuſſit: ergo, cum ex eodem latere pręcipiunt, ambo de deriuatiua intelligunt: & hęc eſt veritas: quem intellectũ ſi verbis Hippocratis in.ii. re. acu. & Galeni in libro præſertim de phlebotomia accommodaſſes, veritas vbiq; manifeſta eſſet. Sit igitut ſententia tua vbique vna, eademque, ac dicas Hippocratem, Galenũ, Raſim, & Principem, cũ de phlebotomia loquũtur ex eodem latere eſſe facien-

dam,eam intellexiſſe, quæ deriuatiua eſt, quæ,cum ſit medela eius humoris, qui fluxit, non, niſi tempore ſtatus,fieri poteſt.Remouenda eſt itaq; a concluſione tua, ꝙ hæc in principio conueniat,ſi deriuatiua intelligitur tantum, vt eſt mera veritas , quæ nullam patitur difficultatem: Ideo nec Hippocrates,nec Galenus eam poſuerunt particulam.

¶Quod vero aſſeris Galenũ timere virutis diſſolutioné in faciendo Phlebotomiam ex oppoſito,cũ diuerſionem facit,hoc repugnat Galeni decretis,qui ſemper diuerſionem ad contrarium pręcipit: qđ minime ſcriptis reliquiſſet, ſi periculum eſſet incurrendi virtutis diſſolutioné : Nec ipſe vſui mandaſſet,cum Phlebotomiam fecerit in crure ſano,altero patiéte, nec operi naturę cõſonat,quæ ab infima regione,in qua eſt Hepar,per narem dextram in ſupremo poſitam recte , & cõmode iudicium facit:Nec etiam communis Medicorum ſchola id,quod ſcribis,comprobat:cum, omnium conſenſu,in phlebotomando Græci audaciores habeantur, q̃ Arabes.Sed,qđ dixit ſe timere Galenus de diſſolutione virtutis,abſque hoc,ꝙ paſſionem leuet,intellexit de Phlebotomia facta per oppoſitam partem , & non ſecundũ rectitudiné patientis particulę, vt in Apoſtemate Hepatis fluxus ſanguinis factus per narem ſiniſtram,quia fit per duas diametros:& hoc eſt, qđ Galenus de Phlebotomia libro ſumma.ii.capite.iiii. infamauit,& non, quando diuerſio fit per vnã diametrum:quia etiam hoc natura faciés commode facit, vt diximus,cuius artifex

libentiſſime eſt æmulus.

¶Quod vero Raſis in diuiſionibus ꝓprio capite dixit in cura Pleuritidis a Cholera, & cura eius eſt Phlebotomia, ſed ex latere doloris de Baſilica, non poſuit Raſis dictionem, Sed, aduerſatiuam, vt contrariaretur ei, quod dictum fuerat de Phlebotomia diuerſiua in oppoſita parte facienda: Nam ipſe in libro. vii. ad Almanſorem capite.xi.expreſſit modum faciendi Phlebotomiam in Apoſtematibus calidis, & dixit, Cum in aliqua corporis parte exoritur Apoſtema, cuius tactus calidus ſentitur, eius cura a Phlebotomia eſt incipienda, vt,ſi in parte (videlicet) fuerit dextra, in ſiniſtra de vena mediana fiat Phlebotomia:Et econuerſo,ſi in ſiniſtra,in dextra Phlebotomia eſt faciēda: Phlebotomia tamen ex vena Baſilica, aut mediana eſt facienda:Hæc Raſis: & ex illis, quę in capite ſequuntur, patet ꝙ ſermo etiam eſt de calido Cholerico, quū Eryſipelatis meminit: At aduerſatiuam dictionem, Sed, poſuit, vt aduerſaretur audaciæ phlebotomantium: nam, vbi Sanguis peccat ſolus, audacter eſt phlebotomandum: vbi vero alii humores cum Sanguine, conſideratius eſt procedēdum: Et ſic obſeruatur placitum Galeni .iiii. de tuenda valetudine, cum dixit, Nam, quoniam alii prius,ꝗ ad exactum Sanguinem nutrimentum peruenit, veluti ſemicocti ſunt: alii prorſus incocti, crudique: alii paulo abſunt a ſanguinis forma: Rurſus alii ſanguinis faciendi, ſiue (vt ita dicam) ſanguificationis, veluti vltima pars,

qui vtiq; exceſſu caloris proueniunt : quorum alii paululum, vel citra ſanguinem reſtitũ, vel vltra proceſſum eſt, audacter mittendus ſanguis eſt: vbi plus, conſideratius agendũ: vbi plurimum, in his nullus omnino mittendus eſt: hæc Galenus: Raſis itaq; in corpore, vbi ſanguis peccat, expreſſit diuerſiuam phlebotomiam ex oppoſito, quia audacter phlebotomari poteſt: Vbi vero peccat Cholera cum ſanguine, non negatur diuerſio per oppoſitum: Sed Raſis aduerſatur audaciæ Medicorũ phlebotomantium, cũ in hoc genere reuerentius Medicus procedere debeat. Patet itaq; in omni Pleuritico morbo vt plurimum eueniẽte, cũ ob ſanguinem ſuperantem, vel ob Choleram cum ſanguine miſtam fiat, fieri debere in principio diuerſiuam phlebotomiam ex oppoſito latere, magis quidem audacter in ſanguineo, conſideratius in Cholerico. Patet etiam, ꝙ in omni Pleuritico morbo, corpore exiſtente pleno, fieri debet phlebotomia diuerſiua ex oppoſito latere in principio, cum, vt plurimum, fiat vel ſanguine ſuperãte, vel Cholerico ſanguine: & hoc verũ eſt, ſiue ægritudines Pleuriticę, vt plurimum eueniant cum plenitudine, vel ſine, ꝙ ſemper, corpore exiſtente pleno, fieri debet ex oppoſito Phlebotomia: & ꝙ, quando Raſis præcepit Phlebotomiam ex eodem, tu dicis (& ſic eſt veritas) ꝙ intellexit de deriuatiua, & non de diuerſiua: & patet, ꝙ hanc eandem intentionem habuerũt Hippocrates, & Galenus, quando ſcriptis reliquerunt, in Pleuritide eſſe phlebotomandum ex eodem latere, vt de ſimili fiat ſimile iu-

dicium, cum etiam veritati omnia conſonent: Et, cum tu hunc intellectum habueris, concordiam facies inter Græcos, & Arabas vniuerſalem, & aſſeres idem, quod communis practicantiũ, & legentium ſchola vſui mãdat, & docet: Quã concordiam firmare & tibi, & omnibus placeat, vt dicere poſſim, Congratulamini mihi, quia inueni Gemmam, quam perdideram: Et, valeant omnes, qui inter nos diſſidium quęrunt. Atq;, ſi aliqua fuerint hic a me perperam dicta, corrigas oro: ſi recte, hilari vultu ab amico excipias. Me ames, & Doctoribus, Auditoribuſq; Patauinis me plurimũ commẽdes: Vale. Ex Vrbe. vi. Idus Maii. M. D. XXVIII. CLEMENTE. VII. ſapientiſſimo, optimoq; dominante.

Finis ſub prelo Iodoci Badii Aſcenſii, cuius hoc eſt Hexaſthicon.

Saluia quem fauſto dixit cognomine, Galle
Præſul Cardineus miſſus ab Vrbe tibi,
Ne non ſit geminę ſemperq;, & vbiq; ſaluti
Chriſticolum inuigilans, hanc tibi liquit opem:
Quæ litem ancipitem Phyſicis, Mediciſq; diremit,
Vtra ſit in Pleuræ vena ſecanda malo.

TENOR
Priuilegii.

Cauit maieſtas regia,ſciuitq; dominus Cãcellarius, ad rogatum Reuerẽdiſſ. D.Legati & Cardinalis Saluiati:ne quis præter Badium in toto Francorum Regno, proximo quinquẽnio rurſus hãc epiſtolam imprimat, aut aliubi impreſſam vęnũdet, ſub pœna cõfiſcationis librorum ſic impreſſorum aut vęnundatorum contra cautionem regiam, atq; inſuper arbitratia : vt publico conſtat diplomate ſic ſignato.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

BRITISH MUSEUM
SALE DUPLICATE
1787